



Ms. Y
129.

V, 129.

1372 588 OA

INA

EFF

AUSPICE

VI

IN ALMA

CUM INCL

PREM

D. JO.

Phil, Chirur

& Ordin. R

& Her

E

PRO SUPR

AND

ARNOLD

AA. LL.

N

Anno MDCC

Wuehbergi, Ty

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
DE
FEBRE
ET
EFFLORESCENTIA
MILIARI

Von den so genannten Friesel/

QUAM

AUSPICE DEO ALTISSIMO TER OPT. MAX.
VITÆ AC MORTIS DOMINO

IN ALMA EOO-FRANCICA WIRCEBURGENSIUM UNIVERSITATE,
CUM INCLYTÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,
PRÆSIDE

PRÆNOBILI, CLARISSIMO ET EXPERTISSIMO DOMINO

D. JO. MARTINO ANASTASIO
ORTH,

Phil., Chirurg., & Medic. Doct. atque Instit. Profess. Publ.
& Ordin. Reverendiss. & Celsiss. Principis nostri, Episc. Bamb.
& Herb. Franciæ Orient. Ducis &c. Consiliario &c.

Exantlatis de more rigidis Examinibus,

PRO SUPREMA DOCTORATUS MEDICI LAUREA,
ANNEXISQUE PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS,

Publica Literatorum Disquisitioni submittit

ARNOLDUS PETRUS MILTZ, Confluentinus,
AA, LL. & Philosoph. Magister, Medic. Candidatus.

IN CONSUETO AUDITORIO MEDICO,

Anno MDCCXXXVII. Mensis Januarii Die 10 horâ octavâ matutinâ.

Wirceburgi, Typis Joannis Jacobi Christophori Kleyer, Univerf. Typogr.

S. JOANNI NEPOMUCENO

In vita Piissimo,
In Martyrio Constantissimo,
Glorioso in Morte,
Miraculis Illustri,
Incorrupto & Vivaci
In Purpura Linguae,
In Ecclesia DEI
Sanctorum Honore Sublimato,
In Coelo Corona & Palmis
Decorato.



S.

Pat

Q

ur osten
Obt

conspicu
eam un
tur, sic
Incolis
Jan



S. JOANNES NEPOMUCENE

Patrone mihi Dilectissime,
Electissime.

Quemadmodum supernam ab omnisciâ
Æterni Supremi NUMINIS providentiâ ad
magna in mundo, præsertim sanctâ in
Ecclesiâ destinationem præviè videban-
tur ostendere sub ipsam tui nativitatem

*Obtentam precibusque senum lacrymisque
Parentum*

conspicui splendore insolito lucis radii, qui pater-
nam undique domum desuper circumfundeban-
tur, sic cum admirabundis in oppido Nepomuco
Incolis

Jam documenta dabant quali sis origine natus,

ita & vocationem prænuñciabant nobilia in piissimâ tui educatione, pretiosis naturæ donis, Indole, ingenio signa, cum sicut ætate, ita de virtute ires in virtutem

Qui pro laude DEI proque salute datus,
crescebas etenim in probitate, modestiâ, castitate, scientiis ut adolescens ingenuus, in sapientiâ ut vir prudentissimus, in vero Dei cultu, incruenti administratione sacrificii ut sacerdos ad aras dignissimus, in eminente supra arcem pragensem Metropolitana S. Viti Ecclesia, choroque ut Canonicus ad hanc dignitatem altè euectus, sed in humilitate profundissimus, in prædicatione Evangelii, ædificatione & doctrinâ Pragensium ut Concionator disertus, pro gloriâ Dei & in salutem animarum Zelo Zelatus, in sacro Exomologeseos secreto ut Exemplar Confessariorum: proinde qui te vocavit, & justificavit in candore cordis, innocentia mentis, robore spiritus, continentia linguæ, reticentia confessionis,

Non promissa ideo blandis, nec verba minantis

Regis te poterant verè vir juste movere,

qui ad profundas etiam squalidi carceris raptus latebras, catenis cinctus & vinculis solatio eras plenissimus,

Namque unita DEO mens mala nulla timet,
in dolorifico per feroces Tortorum manus extensus

equu-

equileo patientissimus, ad pontem supra Molda-
vam multâ custodiâ ductus, inque fundum flumi-
nis impetuosè præcipitatus Martyr eras constantis-
simus; qui te justificavit, & magnificavit in pul-
cherrimo stellarum demersum corpus tuum coronæ
instar aureæ ambientium nitore, fuit tunc

Umbra quidem noctis, mors illustrissima stellis,
justificavit in tot post mortem miraculis Orbi Chri-
stiano ubique notis, maximè in purpurâ linguæ,
quæ cum corpore diuturno Centenorum aliquot
annorum cursu ceu thesaurus sub terra pretiosus
occultari nescius,

Corrumpi nequit, cur? quia sacra fuit,
atque ita in his ut certis vitæ justæ & sanctitatis
promeritæ testibus. Eapropter sicut jam ab ipso
tuæ in Ecclesiâ Romano-Catholicâ declaratæ san-
ctitatis tempore singularem in te confidentiam,
eamque ab efficaci apud Deum ter Optimum Ma-
ximum intercessione indies magis incrementem in
corde, animoque sensi, ita cum nunc emenso gratiâ
supernâ studiorum meorum cursu ultimam Scien-
tiæ Medicæ in Universitate Wirceburgensi Cele-
berrimâ acquisitæ probam per defensionem inau-
guralem dare præsumpserim, eâque datâ Praxin
publicam laboriosam fateor, conscientiosam & pe-
riculosam pro gloriâ Dei, & pro emolumento pro-

ximi inchoare cogitem, agnosco planè quod tam
mearum Defensore thesum, quam & in vix, aut
inevitabili temporalium adversitatum occurſu bonæ
famæ Protectore plurimum indigeam, eoquod in
arduo curationum ſuſcipiendarum opere, in abſtru-
ſo ſæpius morborum negotio, in aſſiduâ cum in-
firmis queiſcunque, inſuper cum variis circumaſſi-
dentibus, aliisque converſatione, in exhibenda ſin-
gulis ſatiſfactione deſideranda (de vulgo notum eſt
abunde) ad ſcopulos contemptuum, detractio-
num, injuriarum ſub malo (inter bonos tamen cum
omni reſpectu & veneratione obſervandos) mundi
perverſi more aut aſſuetudine vicioſa, atque in-
gratorum animorum iniquitate facilè poſſem alli-
dere, cum etiam viri in ſcientia medica longo
temporum ſtudio verſati, electis famoſiorum Au-
thorum ſententiis imbuti, plurimis caſuum & ob-
ſervationum contingentiis exercitati, diuturnâ in
Experientia fundati ab acutis male loquentium
linguis immunes vix eſſe queant, à quibus etſi
ſapientiffimum hoc dogma non ſemel audiverim:
faciendo recte neminem time,

*Non etenim in medico eſt ſemper relevetur ut ager,
Dum gravius doctâ plus valet arte malum,
In magnis voluiſſe ſat eſt, laudabile factum
Quantum poſſibile eſt, cætera ſint ſuperis,*

atta-

attamen te O Sancte Joannes Nepomucene! Patro-
num noviter eligo, electum veneror, venerabilem
suspirioso mentis affectu obsecro, ut in tua virtu-
tum præclarissimarum vestigia sanctis me trahas
exemplis, exora à Deo clementissimo, coram cu-
jus sanctissimo conspectu pretiosa erat mors tua
in prosperis humilitatem, in asperis patientiam,
in molestiis levamen, in afflictionibus solatium,
in duris constantiam, in persecutionibus asylum,
in auxilio proximi promptitudinem christianam,
in consilio attentionem & maturitatem salubrem,
atque fac ut in usu linguæ sim semper cautus, pro
veritate autem cordatus; Tibi Theses hæc meas
publicæ saluti destinatas dedico, ut sint per te uti-
liores, tibi studia & labores committo, ut sint fe-
liciores & fructuosiores, tuæ me totum trado Tu-
telæ piissimo cordis affectu, in cujus contestatione
nem sincerissimam suscipe etiam hunc quem hono-
ri & gloriæ tuæ offero, mihi in solatium servo bre-
vem hymnum:

I.

O Sancte Joannes Nepomucene
Qui cursum consummasti benè
Meruisti per constantiam
Repositam coronæ gloriæ,

2.

Qui magnorum vi meritorum
Es adjutor infirmorum,
Pro corpore & animâ
Sacra dans auxilia,

3.

Qui bonæ famæ es Patronus
Ad juvandum semper pronus,
Cujus testimonia
Tot jam dant miracula;

4.

Uti & ad te suspiro,
Opem tuam sic requiro,
Omni in periculo
Sis mihi Patrocinio,

5.

In hoc firmè confidentem
Joannes tuum me clientem
Tuere ab infamiâ
Temporalis & perpetuâ amen.

ata sperat dum spirat

tibi devotissimè subiectus

ARNOLDUS PETRUS MILTZ, Cónsulentinus.

PRO-



PROTHESIS.

Formidolosum nimis præ cæteris ferme morbis nostrâ ætate factum fuisse videtur nomen affectûs dicti miliaris des sogenannten Friesel, ac si ex reclusâ noviter Pandoræ pyxide, aut fœcundo Morbonæ gremio prodierit talis morborum fœtus infustus adeo & infestus, vel ex puteo illo malignitate referto iterum aperto exhalârit tetricus vapor aut mephitis funesta magnam mortalibus stragem & minitans & inferens olim; verùm meliora cogitet, quisquis vulgari hætenus verborum tumultu vel turbatus fuit, vel opinatâ non nisi exinde funerum frequentiam perterritus, non est hic affectus nec ut pyxis Pandoræ, nec ut gremium Morbonæ, nec ut puteus Mephitidis, nec ut hydra renascente toties capite truculenta vel monstrum horribile, quod fortis solum HERCULES

Vel clavo oppressit vel ferro occidit & igne,
non est ita uti existimatur à vulgo vel persuaderur ab empyricis Medicorum simiis in messem alienam id est scientiam medicam improvido consilio, temerario auxilio manum incautam toties mittentibus, in quorum ore nil magis auditur diebus nostris als Friesel und Friesel, quisquis hominum fragiliter decumbit muß fast alles an den Friesel krank seyn, potiores qui ex statuto omnibus communi fati cedunt, ubi sæpe nec longè nec latè vestigium fuit malignitatis sollen doch alle an den Friesel gestorben seyn

Unde stupent animi facile, & timor occupat artus

Multorum, sic & potius ansa datur,

Cum interim & nomen affectûs & timor illius quasi incurabilis empyricis in aliquod suæ inscitix & fraudis tegumentum servire, imò

A

aliis

amen.

Spirat
subjectus
confluentius.

PRO.

aliis sine felicitate in cura successus non obtento in palliativam sub insufficiente morborum cognitione excusationem placuisse bene cognoverit & audacter scripserit D. GUALTERUS HARRIS MEDICUS ANGLUS LONDINENSIS *in tractatu de morbis acutis infantum sic habens*: incertae diagnoseos querela non tam à symptomatum defectu quam à præposterâ medendi ratione ortum suum duxisse videtur, sub hoc enim prætextu & velo ignorantiam & errorem quoquo modo celare contendunt. Ex talium contingentiarum consideratione desumpta nunc est occasio de affectu ritè miliari publicam exhibendi dissertationem, in quâ quid & qualis sit affectus ille sive febris miliaris, qualia symptomata vel accidentalia, quænam phænomena aut signa conferat, cujus indolis, quæ causæ, an & quâ methodo rationali dogmatico-experimentali superabilis sit, succinctè formâ thesium declarabitur, quod sicut fida Domini Præsidis per triginta sex annos Ministri Naturæ Vigilis, Practici in omni febrium specie præsertim miliari observandissimi diurno labore & curâ nocturnisque vigiliis multùm fatigati per annos viginti octo Professoris Publici & Ordinarii manu ductione suscipitur, ita unicè & corde tenus exoptatur, ut in unius solius DEI laudem & gloriam, in studii medici qualem necessitudinem talem ejusdem memoriam nobilem & honorem, in proximi utilitatem atque salutem, & de morbis ingruentibus hac præsertim affectûs specie felicem quantum possibilem cedat expugnationem ac victoriam.

CAPUT I.

DUm genuinam affectûs miliaris declarationem ordimur, duæ imprimis sistuntur res considerandæ nimirum febris & Efflorescentia; febris sicut prior est aut plerumque observatur invasionis tempore, ita & prior solet esse in explicationis serie, cujus quidem nomen etsi quoad se generalius sit, quatenus de omni humorum motu extraordinario, solito auctiori plus minus durante, constanti vel periodico potest prædicari, specificatur tamen à causis, ab accidentalibus & aliis circumstantiis: Quod AUTHORES febris in genere Etymologiam variè desumpserint, norum jam satis erit, nempe vel à febris, id est, ritibus solennibus à gente Italarum Sabina in expiationem malorum vel ad abigendos manes olim timeri solitos institutis, vel melius à verbo februlare, id est, repurgare, depurare.

rè , eoquòd quoties vel novus instat paroxysmus , vel continuatio fit febris à causis plus minus gravibus , toties aut per lyfin successivè , aut per crisin subitò & largè , aut per metastasin sive translationem massa sanguinea , si negotium Naturæ & artis bene succedat , februetur , depuretur.

CAPUT II.

IDEO ad ipsam febris essentiam aut quidditatem progredimur, hanc **VETERES MEDICI**, quibus assiduus sanguinis in circulum sive à centro ad peripheriam & vicissim motus adhuc abstrusus vel minùs saltem cognitus fuit, in quadam importunè intrinsecus concitatà ab humoribus uti vocârunt peccantibus intra aut extra vasa plus minus putrescentibus seditione aut effervescentiâ in sanguine quasi pyroticâ aut igneâ oriri existimârunt; alii in spirituum uti partium subtilissimarum æthereo-sulphurearum sic impetum facientium **HIPPOCRATI** ita dictarum ataxiâ vel confusione, imò velut in-aut accensione consistere conceperunt animis; alii cum Mechanicis in inordinata quasi tempestuosa sic validius urgente sanguinis ceu maris microcosmici fluctuatione ab æthere insueto causatâ, sic inductâ illius incalescentiâ plus minus æstuosâ, adeoque non nisi in motibus casualibus, fortuitis, tumultuariis sine rationali veræ Naturæ directione, sine vi fræni aut dominii illius in singulas partes corporis ejusque vitalitatem, sine debito ordine, congruo Naturæ intentioni tempore, sine mensura, proportione & metâ aut destinatâ ad certum finem tendentiâ consistere agnoverunt, hinc velut sub arcano occultarum in spiritibus materialibus qualitarum, facultatum & functionum conceptu aut mysterio, vel subtili archæi aut spiritûs mundi rectoris potestate, vel simplici ætheris motoris nisu elastico, sic potentiâ purè purè mechanicâ.

CAPUT III.

VERùm aliter planè, nec sine probabilioribus rationi & experientia innitentibus argumentis sub sagaciori morborum, præsertim acutorum scrutinio existimamus, quòd febris in genere non sit nec seditio aut effervescentia pyrotica impetuosa importunè, sed actio naturæ sollicita opportunè, etsi laboriosa, non vitiosa aut confusanea spirituum materialium tumultuantium ataxia, sed fructuosa

spiritus inalterabilis vitalisantis sive naturæ energia, non æstuosa sanguinis in fluctus surgentes collisi agitatio spumida, sed fervida principii vel intrinseci directoris operatio, paucis & clariùs quòd sit auctior motus sanguinis aliorumque humorum sic ultra gradum naturaliter suetum intensus notabiliter plus minus, quia institutus ac destinatus à natura vel ad corrigendum, vel ad transferendum, vel ad sec- & excernendum aut imminuendum quidquid vitalibus intro partibus noxium vel proximè nociturum est, sic secundum viri ingeniosi & famosi ANGLORUM MEDICI D. SYDENHAMII opinionem Naturæ conamen in ægri salutem, sive quod sit medium aut instrumentum Naturæ necessarium, quo partes impuras à puris divelli, extricari, secerni, atque auctiori modo & motu, quàm sit & fieri debet in statu naturali & œconomice tranquillitate, has aliasve inuriles aut superfluas excerni, exterminari sapienter admodum concludi potest & ratione & autoplià ab effectibus: quod arcanum Medicos, qui febrem actum corpori infensum, perniciosum utpote totum morbosum reputabant, diu latuisse nobis ex curis ad sistendos, suppressendos motus febriles multum imò potissimum quondam directis ex plurimo authorum veterum numero facile licet plusquam suspicari, ideoque non subsistunt versus illi:

*Febris quàm immitis! quæ semper noxia vitis,
Qui non sanus evit pelle, calore perit.*

CAPUT IV.

EX his nunc innotescit satis, quid sit febris in genere, quoruplices autem sint febres in specie, ex brevi earum, quas recensëbimus, illarumque differentiarum diagraphæ aut descriptione patebit: solent à Medicis practicis distingui febres imò in minùs propriè tales, sive commotiones solùm febriformes utpote citiùs & mitiùs transitorias, & in motus propriè vel perfectè febriles, aut febres veras cum duratione plus, minùs; 2dò ratione subjecti & causæ in essentielles vel per se incipientes aut concomitantes, atque in accidentales aut symptomáticas morbum insequentes aut supervenientes, quas DOCTOR VICARIUS celebris quondam Professor Friburgensis in *Disceptatione Dogmatico-Rationali de febribus* anomalas vocavit, ut alphabeticè algidam, anhelosam, arthriticam, assotem vel æstuosam, asthmaticam, cardiacam, catarrhalem, cerebralem, chloroticam, coryzaalem, de-

jectoriam,

jectoriam
cam, hypi
gultuolan
minolam
cturientia
adducere;
ratione qu
thas sive f
constantes
sic vocatas
modo post
ne cursis
7mò ration
& calore &
breves sive
mas, utp
gradum sive
gnò ratione
phenomen
themáticas a
non exanth
contagiosas
tantum in sp
populariter g
notatas.

Præcipuè at
mas, con
res sic dicunt
tempus calore
unus vel plur
paroxismi sole
ultra. Compe
risque servant
quotidie vel al
continua, qu

jectoriam, cardiacam, emeticam sive vomitoriam, epialam, hysteri-
cam, lypiriam, maniacam, præfocantem, rhevmaticam, siccam, sin-
gultuosam, siticulofam, sputatoriam, sudatoriam, syncopalem, tor-
minofam, tusculofam, typhotem, verminofam, ureticam, aut mi-
eturientem atque similes, quas curiositatis & utilitatis gratiâ placuit
adducere; sic 3tò ratione originis in primarias & secundarias; 4tò
ratione qualitatis in legitimas à GALENO etiam dictas exquisitas & no-
thas sive spurias; 5tò ratione accessionis, durationis, & reditûs in
constantes & periodicas certum servantes tempus, in statas & erraticas
sic vocatas, quia mutatio est in tempore aut horâ modò anticipando,
modò postponendo, hinc etiam vagas & instabiles dictas; 6tò ratio-
ne cursûs in ordinatas vel regulares, & inordinatas ac corruptas;
7mò ratione tenoris intensiõnis aut remissionis vel ordinis in frigore
& calore &c. in typicas & non tales; 8vò ratione gradûs motûs in
breves sive acutas simpliciter, peracutas & perperacutas vel acutissi-
mas, utpote cursum celerius absolventes aut brevi ad statum sive
gradum summum pervenientes, & in diurnas, lentas, chronicas;
9nò ratione moris aut indolis in benignas & malignas; 10mò ratione
phænomenorum vel apparentiarum in superficie corporis in exan-
themáticas actu aut apertè, vel occultè, ut in petechizantibus, &
non exanthemáticas; 11mò ratione modi afficiendi & propagandi in
contagiosas & non; 12mò ratione numeri aut multitudinis ægro-
tantium in sporadicis variè vel sparsim invadentes, & epidemicas sive
populariter grassantes largo sæpe demortuorum cumulo & tumulo
notatas.

CAPUT V.

PRæcipuè autem distinguuntur febres in intermittentes & conti-
nuas, continentes & remittentes, simplices & compositas; prio-
res sic dicuntur, eoquòd non jugiter durent, sed ἀπυρεξίαν, id est,
tempus calore & molestiis liberum habeant, donec certis dierum
unius vel plurium intervallis suas habeant suscitationes novas, quæ
paroxismi solent nominari uti quotidiana, tertiana, quartana &
ultra. Compositæ sunt, quæ quidem quandam motus auctioris calo-
risque servant continuationem, suas tamen habent exacerbationes vel
quotidie vel alternis vel pluribus diebus notabiliores, uti tertiana
continua, quotidiana continua, quartana continua &c., etsi hæ

rariōres. Quid continuæ sint, nomen ipsum denotat, quarum sæpius benignæ sunt in specie Ephemera, fynochus simplex, febris continua cholericis aut biliōsa, catarrhalis sensibilibior, causus aut febris ardens, inflammatoriæ sive phlegmonodes sive erysipelatodes, aliæque: malignæ (quamvis & hæ prius allegatæ tales esse possint) frequentius tamen sunt exanthematicæ gradu, plus vel minus differentes, uti variolosa, morbillosa, scarlatina, roseola, purpura, petechialis, pestilentialis cum variis phœnomenis ut bubonibus, anthracibus, carbunculis, stigmatibus, vibicibus.

CAPUT VI.

ITa tamen ut sicut febres intermittentes & remittentes malignitatem etiam quandoque occultam in sinu gerere, aut degenerare possunt, sic & non omnia aut singula exanthemata indifferenter considerata semper & ubique mali moris, indolis aut malignitatis indicia esse tradatur AB AUTHORIBUS, quod testatur DOCTOR FEBRIUS tractatu de Scorzonera pag. 27. qui scribit: Se observasse intermittentes quasi malignas cum petechiis, confirmat D. MICHAEL ETHMÜLLERUS Qui Collegii practici Tomo XI. part. 1. Cap. 11. de intermittentibus varias observationes historicas ex JUL. CÆS. CLAUDINO respons. 2. ex SENERTO, MENICIO, EPIPHANIO, FERDINANDO, MARCELLO DONATO, SALMUTH, RIVERIO & aliis viris fide dignis allegat. Item recenset solertissimus in praxi medicus ETHMÜLLERUS in Collegio consultatorio casu XXII pag. 201. De studioso Juvene multum studiis invigilante, qui inde ad hypochondriacum malum inclinavit, quem corripuit tertiana intermittens, uti nominabat, scorbutica, in qua efflorescebant hinc inde maculæ rubræ aut purpura, quæ post durationem horarum novem successivè evanuerunt; sic & memorat de quartana duplicata scorbutica cum maculis hinc inde ex rubro cœrulescentibus, quas sudore cessante etiam evanuisse scribit; plures quæ possent ex authoribus Practicis adduci historias aliæque de febribus similia silentiosè prætereundo.

CAPUT VII.

Quid ergo & qualis sit febris nostra, de qua tractatur miliaris, adeoque ad quam classem referri possit, uti ex præmissis usque huc de genere & specie febrium facile colligi poterit, ita ulterius &

& luculentius per decursum elucescet : Interim febris miliaris etiam non est nisi vel commotio febrilis mitior ubi materia peccans benigna , vel motus durans auctior ubi plus minus maligna sicut ad emovendam metastaticè , aut transferendam ad commune corporis emunctorium nimirum partes extimas cutaneas perque earum poros excernendam portionem humorum sub certâ discrasia noxiorum aut ultra nociturosum , ita hanc febrem nec morbum dicimus , nec à genesi sua novum planè esse credimus , dicant qui velint quòd ex plagis Septentrionalibus vel ex Suecia , vel Moscovia , vel Polonia , aut aliunde fuerit quasi transplantata aut communicata , de quâ re legitur *in medicina rationali systematicâ sect. cap. IX. observ. VII* ex DOCTORE & PROFESSORE Celeberrimo HOFFMANNO ita , perpurata febris novus & incognitus veteribus morbus postquam circa annum MDCII. Lipsiæ primum cœpit , successivè adeo vires sumpsit &c. ; item ultra , maligna miliaris nostris oris inprimis Misniæ tractu à plurimis annis admodum frequens , ante sexaginta annos nostris incognitus fuit hic morbus &c. : Verum apud SENEM DE PERGAMO GALENUM sagacem inter primos Medicos & Authores observatorem februm de quibus in Indice Epitomes per sex ad septem columnas distinctè scripsit *Libr. 2do de arte Curativa ad Glauconem* mentio fit efflorescentiæ miliaris , aliòsque apud veteres , sic & apud DOCTOREM PETRUM FORESTUM accuratum februm scrutatorem in operibus observationum & curationum Medicinalium de febris etiam cum morbis epidemiis publicè grassantibus ; proinde rem de prima origine curiosam satis , conjecturâ tamen vel suspitione non carentem hic indecisam relinquimus , id saltem arbitramur febrem hanc & efflorescentiam prioribus temporibus vel alio saltem nomine intitulatam , vel non aded fuisse malignam & perniciosam , sed lapsu temporum sensim ita plus factam , cum sicut corrupta magis & magis fuerit ætas , sic invaluerit infirmitas & creverit cum malitia hominum malignitas morborum , quod de variis potuit observari , hinc uti non tanto olim periculo stipatam , sic nec tali mentis apprehensione & metu consideratam , vel nausèâ & abhorrescentiâ , (sicut hodieum fit) fuisse æstimatam opinamur .

CAPUT VIII.

Sicut nunc febris miliaris quoad genus non differt, sed vel in gradu motus vel ratione spatii durationis, ita quoad speciem distinguitur ab aliis in vitio qualitatis humorum sive in discrasi, praesertim in formam efflorescentiae circa partes cutaneas, à qua specialius fortitur nomen, ab eoque adepto & recepto hucusque febris miliaris germanicè das Friesel-Fieber passim inticulatur, dicimus à forma efflorescentiae, eoquod, cum nomen efflorescentiae Graecis ab *ἐξανθίζω* effloresco deducatur, ad singula etiam exanthemata referri possit, de quibus *CELSUS libro 11o sic scripsit*: in genere exanthemata vocant Graeci ea, quae modò rubent, modò colorem cutis non excedunt, specialius autem nominantur papulae miliares exanthematicae in corpore cum aspredine modo rubentes modo colori cutis ferme similes leviter ulcerantes; atque ita duplicem formam vel speciem statuunt auctores satis notam, nempe efflorescentiae miliaris rubrae, & albae, prior *das rothe*, altera *das weisse Friesel* solent appellari: est autem efflorescentia particularum humoralium vitiosarum in pustulas eruptio, ab hac distentio quaedam glandularum subcutanearum & fibroso-reticulosa cutis cuticulaeque texturae elevatio plus minus conspicua; an nunc, cum glandulae subcutaneae ab Anatomicis miliares soleant vocari, ab his solum modicum plus fuerit distentis aut elevatis nomen pustularum miliarium deductum sit, an potius ab exilitate & figura granulorum milii instar, unde etiam *das Hirsch-Fieber* à multis dicitur, sit pro arbitrio.

CAPUT IX.

Distinctio proinde inter utramque eruptionem pustulosam quoad formam consistit primò in colore, unde rubra à colore magis rubeo sive majori cutis rubedine ita vocatur, alba verò à colore solum in ambitu saltem rubescente, in media substantia cuti reliquae magis simili; secundò in magnitudine pustularum, cum priores sint saepius exiliores, acutiores, visu quidem atque ab asperitate cutis quam faciunt tactu digitorum mitius perceptibiles, posteriores autem albae ob glandulas cutim & cuticulam interfitas plus distentas, paululum eminentiores exasperantes magis & conspicuae, atque ob vitiosi humoris impulsu, subsistentis, distendentis transparentiam
primò

primò pellucidæ , unde etiam vulgò vitreæ , das gläserne Frieslein solent nominari ; Tertio quòd efflorescentia rubra faciliùs sub transpiratione debitâ discutiatur , dispereat , alba verò velut suppurata sensim sub siccescentia , & cuticulæ fibrarum per desquamationem veluti furfuraceam discontinuatarum successione terminetur.

CAPUT X.

INterim sicut variæ sunt adhuc exanthematum species, uti in capite 4to aequaliter insinuavimus, quæ vel notabilem, vel saltem aliqualem videntur habere relationem ad efflorescentiam miliarem, vel & invicem non raro complicari observantur, uti testatur D. FORESTUS *per scholia in Observ. LXI.* his verbis atque hæc satis de pustulis, quæ similitudinem cum morbillis & variolis habent, quanquam sæpe inter se confundantur, ita non superflue, sed necessariò & consultè in differentiam aliorum inquirimus, sunt autem inter talia exanthemata præcipue & primò purpura, quam multi authores sub uno eodemque febris miliaris schemate & nomine agnoscunt, atque purpuram nunc rubram nunc albam vocant, de priori memorat DOCTOR ROSINUS LENTILIUS Archiater Würtenbergicus in *Eteodromo medico practico* in XERAVLITE viro 40. annorum qui quartâ Maji horrorem sensit ac æstum, altero mane bene habens in vineam egressus iterum horrore correptus cum insequo æstu & languore, in stratum dum se contulit, totòque sudavit corpore, maculæ effloruerunt rubræ, quas ex descriptione cum ægrum invisere ipse non potuerit, nec petechias, nec morbillos, sed purpuram potius fuisse credidit: D. ETHMÜLLERUS Professor Lipsiensis in *tractatu casuali Observ. CCXVII.* scribit: credo quod puerperarum purpura, quia apud nos adeo frequens, non levem habeat convenientiam cum radice scorbuticâ, unde aliquoties in purpura rubra præscripsi &c. de alba quoque ROSINUS LENTILIUS jam citatus observator sedulus suggerit historiam in CASANDRI uxore, quam invisens memorat se reperiisse purpura alba puerperarum an den weissen Friesel laborantem, pustulis nempe confertissimis miliaribus albis cutim totam obsidentibus, plures historiæ per decursum sequentur.

CAPUT XI.

Cujus quidem utriusque purpuræ speciei identitatem aut convenientiam cum febre miliari etsi multi statuunt Authores, sunt tamen & alii, qui ferme dubitant consentire, primò, eoquod purpura videatur esse efflorescentiâ saltem plana magis, minùs aspera, rubicundior, floridior, sicut nomen purpuræ idipsum testatur, efflorescentia autem quia miliaris ideo exilior ceu granulosa cutim sensibilius asperet; secundò, quod, cum purpura sic dicatur à colore purpureo aut rubedine, eo ipso albedo contrarietur, sic saltem purpura alba minùs aptè possit nominari, ea propter nomen veræ purpuræ vel aliam efflorescentiæ speciem formaliter saltem differentem debere constituere opinantur, de quâ MICHAEL ETHMILLERUS in *Collegio Practico. Capit. IX. de febre purpuratâ sic habet*: Estque vel rubra, quæ forsan illud morbi genus est, quod rubeolam das Rötheln dicunt (sic sub dubio) vel quod ad morbillos, qui in *manifissa ACADEMIÆ NATURÆ CURIOSORUM anno 6. Observ. 42.* sub nomine purpuræ morbilli ignei vocantur, imò secundum dissertationem medicam de febre miliari ante plures annos alibi editam, ad febrem petechialem, quam ambigua hæc vox purpuræ veteribus significare in eadem legitur, referri debere, quod affirmat RIVERIUS in *praxi medicâ Libro XVII. Cap. 1. de febre pestilenti* sic habens: symptoma proprium & peculiare sunt maculæ nimirum purpureæ in corpore præcipue pectore & dorso, quæ febres has comitatæ purpuratæ seu petechiales appellantur, *item ulterius purpureas autem maculas nominavimus, quia colore ut plurimum purpureo infectæ sunt.*

CAPUT XII.

Sic dubium quoque videtur quibusdam, an ad purpuram efflorescentia scarlatina das Scharlach-Fieber, febris urticata die Nesselsucht, quam naturæ magis Erysipelacæ sic spurix dicunt, referenda sit, vel an hæc ad morbillos & vicissim pertineat, serviat quoad differentiam D. DOCTOR THOMAS SYDENHAMUS in *operibus medicis Sect. 6. cap. 11.* Scarlatina febris licet nullo non tempore possit incidere, ut plurimum tamen exeunte æstivo se prodit, quo quidem integras familias, infantes verò præ cæteris infestat, post horrorem sub initio neque vehementer admodum ægrotant, postea cutis

ris unive
multò la
bis ac se
CHARD
unere/isti
verba in
vel distin
duntaxat
tatur, die
Cap. F. D
Symptoma
fundam
ripiantur
num & t

Relliqua
R eten,
gnitudine v
vatim erum
primum ru
elevatione
tas Gesehm
post siccesc
gui: Pete
ab efflores
tamen cen
terdum livi
grefcentur
nominantur
maculæ non
tali pruritu a
rupte hæc
gradu sunt pe

tis universa maculis rubris interstingitur, crebrioribus certè & multò latioribus magisque rubentibus, at non perinde uniformibus ac sunt illæ, quæ morbillos constituunt. Item D. DOCTOR RICHARDUS MORTONIUS *in pyrotologia tractatu de febribus inflammatoriis universalibus Cap. 111. de morbillis & febre scarlatina*, cujus sunt hæc verba in efflorescentia morbillosa cuticula perfunditur interpunctim vel distinctim maculis, non unâ continuatâ rubedine, quo criterio duntaxat hæc efflorescentia ab altera, quæ febrem scarlatinam comitatur, dignoscendam esse tradit, sic & *secundum eundem Tract. 111. Cap. V.* Differt febris scarlatina à morbillis modo efflorescentiæ & symptomatum, cum in scarlatina cuticula rubedine etiam & ardore suffundatur, glandulæ dolore vellicante & aliquali inæqualitate corripiantur, sub quo tempore febrem prius malignam mutare genus & transire in inflammatoriam docet citatus author.

CAPUT XIII.

Reliqua exanthemata aut efflorescentiæ, uti variolæ die *Rinderbocken*, oder *Blattern*, oder *Durchschlächten* à pustularum magnitudine variâ aut à varis, sic dictæ ex motu & modo sæpe acervatim erumpendi, unde græcis *ἐκτίματα* vocantur, sub colore primum rubeo sensim in notabiliorem plus minus cutis & cuticulæ elevationem velut vesiculosam crescendi, dein per suppurationem *das Geschwären* oder *Ereytern* sub albido aliquandiu persistendi, & post siccescentiam fuscè crustosam denique decidendi solent distinguui: *Petechiæ* sive *peticulæ* die *Petetschen* oder vulgo *Reheslecken* ab efflorescentia macularum à figura velut pulicarium sine punctulo tamen centrali, vel lenticularium interdum intensè rubentium, interdum liventium vel cœrulescentium vel plumbei coloris, vel nigrescentium, unde in Belgio *Pyperforn* forsân à colore *Pfefferforn* nominantur, junctisque sæpe vibicibus cognosci solent, & quod hæc maculæ non sint elatæ nec cutim asperent aut reddant scabram cum tali pruritu aut ardore notabili, quæ proinde omnes uti gradu corruptelæ humorum sive malignitatis atque symptomatum variæ, ita gradu sunt periculosiores.

CAPUT XIV.

DEnique de efflorescentiis non malignis vel saltem mitioribus & imò de Herpete miliari placuit hic allegare ex *GALENO de arte curativa ad GLAUCONEM libro 11. pag. 170.* Quod duplicem statuat illius speciem, unam vocat herpetem exedentem ab arrosione dolorosâ bilioso-mordaci ardente & progressi in vicinas partes, unde à serpendo serpiginosus dicitur, alteram verò speciem herpetis nominat miliarem, eoquod pustulæ parvæ ac multæ per summam cutim milio similes sero acri repletæ excitentur, & vocatur Herpes pruriginosus, de febre herpetem comitante sic habet *MORTONIUS*, Febris Herpetem comitans etsi mitis, à repercutientibus mutari potest in malignam; 2dò de phlyctenis à græco verbo $\Phi\lambda\gamma\epsilon\iota\sigma$ uro sic dictis, eoquod sint pustulæ urentes, unde die *Hitzblattern* vocantur, etiam papulæ fervidæ sub æstuante caniculâ magis infestantes ob calorem & æstum sanguinis foras protrusæ, à *Celso*, *ETHMÜLLERO* & aliis sudamina *Schweißblätterslein*, à *FERNELIO libro 7. de affectibus externis Cap. 5.* Papulæ exiguæ & aquosæ repentè emergentes sparsim toto corpore frequentius tamen circa collum, dorsum, in manibus, pedibus milii magnitudine sine rubore notabili, plerumque sine, subinde tamen & cum alteratione febrili, à *FORESTO Libro VIII. obser. LX. in scholiis* dicuntur pustulæ aquosæ, vel serosæ à sudore sub epidermide sive cuticulâ suppresso, inde hydroa vel sudamina cum molestia pruriginosa, quæ etsi videantur benigna, si tamen neglectim habeantur, ad graves alterationes ansa præberi potest, ideo advertendum esse, num quid specialius suspicandum malignitatis in se habeant, quæ enim sine febribus fiunt, nil mali adferre solere, nisi intro subito repercutiantur, prudenter concludit *FORESTUS*; quod & de papulis parvis rubicundis scabiei prodromis, maculis infantum volaticis secundum *D. ZWINGERUM in theatro prax.*, de imperigine den *Ursprung*, de Epinyctidibus den *Nachtblattern*, & reliquis pustulis aut maculis mitioribus non ex se malignis dici poterit.

CAPUT XV.

Super has & alias exanthematum aut efflorescentiarum species varias, an quædam secundum quorundam Authorum opinionem similes sint, an differentes. & sic an in aliquibus plus de nomine disputetur, quam de essentia, cuique dijudicandum relinquimus, id breviter nos saltem declaramus, quod exanthemata aut pustulæ plures sicut figurâ, magnitudine, & colore, ita gradu vitii humorum aut malignitatis differant; multi testantur Authores, quod singularis & specialis cuius exanthematicæ materiæ sit indoles aut discrasis, assentientem habemus D. MORTONIUM *his verbis*: Quocumque nomine hæ eruptiones appellentur, sive herpeticæ, miliaris, sive erysipelacæ, sive variolosæ, sive morbillosæ, sive scarlatinæ, sive purpuræ &c. pro ratione materiæ ejusque discrasios aut malignitatis aliam atque aliam formam induunt, imò frequenter concurrunt aut complicantur, adeoque accuratiorem illarum contemplationem, & in circumstantias speciem mutare valentes inquisitionem patientes visitantibus & medentibus recommendamus, non tamen omittimus signa febris utriusque miliaris distinctiva ab aliis præter hæcenus allegata insinuare; quoniam autem duplicia in genere assignantur, nimirum anamnistica vel antecedentia, & diagnostica vel concomitantia, hinc de illis breviter tractabimus.

CAPUT XVI.

Signa antecedentia solent desumi ex temperamento sanguineo-bilio-feroso, ex prædispositione individuali vel melius habituali, ex sexu, ætate, unde qui laxioris, tenerioris, humidioris plus alioquin perspirabilis sunt habitus corporis, facilius febris & efflorescentiæ miliaris sunt obnoxii; quare in sexu muliebri præsertim molliori, delicatiori, tenuiori amictuum genere, in luxu vestium superbo laxius, levius & pendulè circumdato frequentiores (in pœnam fortè occultam) & in ætate juvenili magis ob teneritudinem, aut contractam etiam vitio traduce à matribus dispositionem observantur efflorescentiæ, ut docent historiæ: deinde ex anni tempore pro tali affectu plus idoneo secundum experientiam, quod confirmant contingentia sæpe sporaticæ, imò subinde epidemicæ; antecedentibus signis annumerari possunt lassitudines spontanæ, quæ ex observationibus HIPPO-

CRAT. *in sect. 11. aphor. V.* morbos sæpiusque febriles affectiones prænunciant. Signa febris communia concomitantia sunt frigus vel horror brevè transitorius, vel diu plùs minùs durans, aut horripilationes præcipuè in inflammatoriis aut malignis frequentes cum pandiculationibus, oscitationibus, calor insequens, remittens vel continuans, vel phlogosès aut calores volatici, motus sanguinis auctior ex pulsù arteriarum mutato, solito fortiori, vel iètibus celerioribus, aut inæqualibus saltem abundè suspicabundus.

CAPUT XVII.

Signa malignitatis exanthematicam eruptionem antecedentia vel & concomitantia sunt anxietates præcordiorum, pectoris suspiriosa respiratio citior crebrò anhelosa, nausea, anorexia, stimulationes circa primas vias, ventriculi ad quandam velut cardialgiam, eruptiones, aut vomituritionem, intestinorum ad flatulentias, borborygmos, inquietudines, dolor capitis ceu catarrhalis gravativus, rubor oculorum, agrypnia sive pervigilium; proximiora sunt pressiones hic illic tonicæ circa viscera aut partes interiores sensibilibus plùs solito molestæ, dolores circa scapulas per totam dorsì spinam spasticè vagi, vel ad lumborum regionem vergentes, in brachiis, pedibus motitationes, circa superficiem corporis ceu acu puncturæ cum ardoris sensu, utri plerumque ita conqueri solent, aut sic exprimunt patientes, quod confirmat cum pluribus ETHMÜLLERUS, scribens: talia phænomena cum ante eruptionem soleant plerumque apparere, exanthemata brevè eruptura audacter prædixi, nec mea me fefellit opinio, quod & confirmat *observ. LXI.* de puerpera correpta, purpurâ rubrâ cum febre continua mediocri sed ingenti prostratione virium, acerbâ cardialgiâ sensu quasi constrictorio circa serobiculum cordis acerbissimo, & cæteris.

CAPUT XVIII.

Signa diagnostica febrem comitantia aut sequentia pustularum miliarium distinctiva sunt quidem superius in Capite septimo & jam multùm declarata, placuit tamen adhuc allegare, quod, cum mediante commotione transitoriâ aut motu auctiori durante, qui febris vera potiùs maligna dicitur, adeoque extraordinario sic molestiori sanguinis plùs minùs ad vasorum tunicas attritorie æstuoso, intestino

intestino a
tia suscipi
tia sympt
intra sept
versis
emotivo o
imperfect
stalis mili
asperatur
pedesque
solvitur, u
tigatione,
bei mutat
fibroso-r
minùs fu

A Tque
cum
filia malign
de serobio
corporis
re in loc
dus flecke
sunt in d
purpura
pustular
insigni a
gis; qu
ratione m
ratione ce
& 3no col
certo, vag
colore pro
ram quide
sobolem au
tione quada

intestino agitatoriè secretorio & progressivo translatorio, efflorescentia suscipiatur, cumque eo continuato ceu manifesto sub ingravescentia symptomatum colluctantis naturæ indicio promoveatur, ita nunc intra septiduum, nunc tardiùs appareat, plerumque, si salubriter, versùs vel meliùs circa statum morbi, ubi ab intrinseco naturæ nisu emotivo observatur fieri metastica exterminatio critica sive per - sive imperfecta, unde cuticula, cutis rubedine notatur, papulis vel pustulis miliaribus cum ardore & pruritu inde oriundo plùs vel minùs asperatur, præsertim circa collum, pectus, dorsum, subinde brachia pedesque, quæ trium, quatuor, imò plurium dierum spatio ita absolvitur, ut tunc cum motùs auctioris cessatione, symptomatum mitigatione, humorum transpirantium discussione, in cute coloris rubei mutatione paulatina sub felici successu, papularum ficescentiâ, fibroso - reticulosi contextûs desquamatione, sic notabili magis aut minùs sublevatione ac euphoriâ finiatur.

CAPUT XIX.

ATque hæc scripta & dicta sunt de febre miliari plùs maligna, cum non omnis efflorescentia, nec semper mali moris sit aut filia malignitatis, quod bene annotavit *ETHMÜLLERUS in collegio pract. de scorbuto pag. 506. ita docens* non rarum quod scorbutici in ambitu corporis patiantur pruritus rodentem cum eruptione quasi purpuræ in loco calido, quæ in frigido denuò disparet, sunt verba illius *das stecket zwischen Fell und Fleisch, und beisset oder brennet gleichsam in der Haut wie Nesseln*; confirmat id in *Observ. CLLIX.* in purpura oborta in puerpera legitimè repurgatâ cum vagis tamen pustularum scorbuticarum facilè evanescentium efflorescentiis sine insigni alteratione, sine metu periculi; notandum hic bene est vagis; quoniam pustulas miales malignas veras à scorbuticis; imò ratione certi & distincti temporis eruptioni magis criticæ destinati; & 3tò coloris floridioris & formæ, scorbuticas verò magis sub incerto, vago vel citiori vel & longiori tempore aliâque figura aut colore prodeuntes differre varii observârunt authores practici, quorum quidem multi febrem miliarem sæpius discrasios scorbuticæ sobolem aut fororiam saltem esse opinantur: pariter in disceptatione quadam medicâ de exanthemate miliari hæc verba leguntur, præmo-

præmoneo, quòd alia quasi sanorum sit, cum sanis temperamento sanguineo-cholerico participantibus sub exercitio corporis intempestivo, sub æstuosa quadam sanguinis agitatione vel commotione etiam simplici non febrili purpura possit erumpere, alia idiopathica sive morbida genuina, alia verò symptomatica vel cum aliis morbis complicata aut superveniens.

CAPUT XX.

Hisce igitur præmissis dum in febris miliaris causas inquirimus, quædam adhuc de efflorescentia non febrili annectimus, nimirum contingere utique potest, ut in hominibus, quibus particulæ plures biliosæ salinæ retentæ largiùs immixtæ sanguini sunt ac sero, eadem sub exercitio activiori, incalescentia corporis, humorum exagitatione saltem solito majori vehiculo feri ad partes subcutaneas uberiùs devehantur, à quibus non illicò transpirantibus distentæ aliquantum miliares glandulæ cum quadam rubedine volaticâ modicum asperentur, quod & in infantibus ob aliqualem feri discrasin cum sanguine à generantibus cacochymicis, vel à latice in utero circumfluo poris cutaneis absorptam, vel cum succo nutritio à lactantibus communicatam contingere docet cum authoribus experientia, unde præsertim in recens natis subinde brevibus post parum diebus quædam cutis efflorescentia ceu miliaris observatur, non ideo semper durans febrilis aut maligna, quatenus sub alacriori post inchoatum respirationis negotium motu sanguinis Partes salino-ferosæ intestinâ motione resolutæ, à natura ad perspirationem corporis jam plus inclinante ad superficiem, glandulas subcutaneas & porulos excretorios emoveantur, ob earum tamen angustias statim dissipari ineptæ vel sub levi etiam refrigerio subsistunt, pustulas exiles cum rubedine ac pruritu efficiunt, donec cum aliqua cutis excoriatione paulatinâ sive epidermitis vel cuticulæ desquammatone fiat discussio aut evanescencia, quod & de cæteris juvenibus utpote quæis frequentius accidit, imò adultioribus ob prædispositionem habitualement rationabiliter dici potest, unde **ETHMÜLLERUS** sic concludit: revera purpuræ nostratis origo ex scorbutica affectione matrum sæpius originem ducere non malè videtur: Verùm tales efflorescentiæ benignæ sicut citiùs apparere ita breviùs & leviùs sub debito regimine aut sollicitudine solent disparere.

CAPUT

Nunc
formul
dunt disp
sa febris
ce negat
humano
cipium d
conservan
nariorum
aut labef
id sicut G
dam P r
deduxeri
sibus
potentiã n
contrariu
nario auc
suffragari
in machi
quidem
structus
tús, illa
tribuens
riter au
Hæc atr
strictiùs
nominari

P R o hac
que not
membranot
biles, quæ
tonica habi

CAPUT XXI.

Nunc ad ipsas febris miliaris magis & minus acutæ ac malignæ causas progredimur, quæ secundum subtiles physicos sunt vel formalis, vel instrumentalis, vel materialis, quibus sagaces Medici addunt dispositivas vel occasionales & procatarticas sive moventes; causa febris formalis quod sit natura quis dicere dubitat, qui verò hanc negat, bene se ipsum noscere discat, etenim sicut singulorum in humano corpore motuum ordinariorum naturalium causa vel Principium dirigens est natura in vitam & sanitatem corporis integram conservandam, quidni & motuum quoad gradus quia extraordinariorum sic auctiorum in eandem à periculis defendendam, læsam aut labefactatam reparandam institutorum, qui febriles dicuntur; id sicut sapienter admodum considerasse videtur **CELEBERRIMUS** quidam **PROFESSOR** in *fundamentis Medicinae*, quæ etsi ex mechanicis deduxerit principiis, *scripsit tamen in pathologia medica Capit 111. de febribus* his verbis: Spiritus qui regit machinam microcosmicam potentiâ motrice electivâ instructus contra illud, quod infensum & contrarium vitali motui est, impetuoso motu (nimirum extraordinario auctiori) insurgit ad illud amoliendum, ita & tacitè nobis suffragari credimus virum celeberrimum, quis enim alius spiritus in machina microcosmicâ regens, quis alius potentiâ motrice & quidem electiva, si hac, ergo cognitiva, si ita, ergo rationali instructus est, quàm anima, illa Natura movens quia principium motûs, illa Natura operans quia corpus vitalifans, sensum & motum tribuens, eapropter sicut motuum temperatiorum in sanis, ita pariter auctiorum in agrotis benè & meritò causa formalis statuitur: Hæc attentius recogitent, quibus placuit vel adhuc placet sententiæ strictiùs mechanicæ amatores, cultores aut fautores esse, vel ita nominari.

CAPUT XXII

Pro hac salubri naturæ intentione causa instrumentalis per se quæque nota est, nimirum sunt partes nerveæ teneriores, fibroso-membranosæ tensiles, & musculo-tendinosæ flexiles aliæque mobiles, quæ pro functionibus suis velut cameo & fræno utitur subtonica habilitate sive proportionata tensionis aptitudine, ita ad

C

extrican-

extricandam motu intestino sive agitatorio massæ sanguinis intricatam, vel in sinu aut latibulis partium detentam, per viscera & vasa propellendam, per strues glandulosas secretoriè transprimendam, per tubulos porosve exterminandam ad ipsam usque superficiem substantiam vel portionem, aut si mavis particulas humorum vitiosas, vel intus sub impeditiori secretionum opere in corpore genitas, vel retardatas sensim, & collectas, corruptas, vel cum eduliis minus salubribus aut potulentis humoribus ingeneratas, vel ab effluviis impuris aut halitibus insalubribus, putridis è solo & solo elevatis, cum aère abreptis, per atmosphæram communicatis inspiritatas, unde febris miliaris non solum malignioris sporadicæ aut epidemicæ genesin fieri, sed & certis regionibus aut locis propriæ, endemiæ dictæ originem esse testantur Historiæ authorum (sic naturæ plus minus infestas, partibus corporis fragilibus infensas, fonticas, easque in efflorescentia miliari bilioso-salinas magis aut minus resolutas, subtiles, exaltatas, plus minusve acres, mole quidem parvas quia diffusas sed effectu magnas, leviter vel graviter inflammantes, fibrilas stringentes, distendentes cum sensu pruriginis, ardoris, in gradu altiori petechizante destructivas, causticas, imò ultra in fermentativo ad putredinosam corruptionem, gangrænodem & sphacelosam viscera aut partes disponentes, atque hæc particule corruptæ aut corruptivæ causam materialem constituunt.

CAPUT XXIII.

QUas particulas vitiosas lymphæ ac sero innatantes vel plus solutas vel mucidioribus intricatas sive qualitate sive quantitate inimicas, hostiles, molestas sicut Natura provida vi sua intrinseca ope receptionis tenerarum corporis organici partium sentit, ita sollicita insurgit velut in luctam, restringit ceu habenam fibras intro & versus originem, sub his systematis nervoso-membranosi stricturis tonicis compellit à peripheria sanguinem, congerit introrsum, unde extrinsecus sensus horroris aut frigoris aut horripilationum enascitur ceu primò febris insultus, postquam sanguinis introrsum compulsionem dum à natura remisso paululum systemate nervoso-membranoso & relaxato sensim exteriori corporis habitu uberius intra aggestus motu systaltico fortiori sic auctiori expellitur corde, continuatis arteriarum pulsibus per viscera & vasa plus resolutu

latus tran
atritoria
lesta, sub
dio) inge
aut par
volatiles
aut Hep
caustica
evolunt
extimas c
extrema

PRO qu
quiri
concoctio
diebus, q
marum ve
vel supple
reli aut h
dari, ita
caliens r
tionibus
loca & p
fibroso-
adaptat
pullo st
detur ac
effectu c
floreſcen
guentis.

INter cau
aliter caco
pelaceas p

lutus transpellitur cum quadam tunicarum distentione plus minus attritoria, unde incalescentia corporis solito major aestuosa fit ac molesta, sub quo augmento motuum (ceu unico Naturæ resistentis medio) intestini sanguineæ massæ in serositates resolutorii miasmata aut partes vitiosæ, in miliari rubra tenuiores, subtiliores aut plus volatiles salino-sulphuræ, Naturæ in benigna quasi erysipelacæ aut Herpeticæ sanguinis sero innatantes, in alba plus salino-acres causticæ sero mucidiori irretitæ, fermentescibiles, plus corruptivæ evolvuntur, evolutæ ope progressivi evehuntur ad partes corporis extimas ceu emunctorium commune extra poros cutis & cuticulæ exterminandæ, vel quasi exprimendæ.

CAPUT XXIV.

PRO quo intentionis naturæ successu & ultimo fine sicut prærequiritur digestio, præparatio, secretio, Hippocrati dicta olim concoctio (contrarium autem cruditas materiæ) unde certis solum diebus, qui critici vel judicatorii nominantur, exclusio exanthematum vel efflorescentiarum contingere salubriter magis observatur, vel supplens saltem papularum multitudinem diaphnoe vel diaphoresis aut hydrosis sive sudatio, si aliàs ad salutem natura possit eluctari, ita facilè conjecturabilis est intrinseca naturæ intentio, peculiaris renifus, molimen ex variis in corpore circa viscera motitationibus spasticis, tensionibus, pressionibus plus fuerè molestis ad loca & partes excretorias nimirum glandulosam struem subcutaneam fibroso-reticulosam tali humorum sec- & excretioni alioquin plus adaptatam, Naturæ providentiâ sic dispositam, à sero vitioso impulsio subsistente inæqualem sic asperam; adeoque sicut occulta videtur ad has illasve partes excretorias destinatio tonica, ita ipsa in effectu ostendit papularum eruptio malignitatis exanthematicæ, efflorescentiæ miliaris ab aliis speciebus superius allegatis facilè distinguentis.

CAPUT XXV.

INter causas antecedentes dispositivas sunt inclinationes hæreditariæ ex temperamento, à parentibus sanguineo-cholericoserosis aut aliter cacochymicis scorbuticis in similes eruptiones vel etiam erysipelacæas proclivibus contractæ, vel collectio humorum vitiosorum

malo diætæ regimine in usu cerevisiarum adhuc recentiorum, cras-
 siorum, vel vinorum sulphureo acidorum aut terreo austerorum,
 cupediærum saccharatarum, mellitarum & similibus, vel in vita
 otiosa motuum experte, liberiori secretionum successu, excretio-
 num præcipue cutaneæ sive perspirationum beneficio carente
 sensum inductâ. Causæ occasionales, moventes frequentiores sunt,
 intemperies aëris vel exterius circumflui vel inspirandi, de quâ ad
 intentionem nostram HIPPOCRATES *in sectione III. aphor. I.* sic judi-
 cat mutationes temporum potissimum pariunt morbos, & in qui-
 busdam temporibus magnæ mutationes aut frigoris aut caloris &
 alia pro ratione &c., item *aphor. III.* morbi quoque alii ad alia bene
 vel malè se habent & quædam ætates ad tempora & loca & victus
 genera, unde bene observârunt Authores quod quibusdam ordina-
 riè mensibus æstivis sub calore intensiori, secundùm CELSUM & HIP-
 POCRATEM vernis temporibus secundùm aphorismum XX. vere etenim
 furores &c. & impetigines & vitiligines & pustulæ ulcerosæ plurimæ &
 tubercula &c., quibusdam circa autumnum præsertim circa tempo-
 ra, solstitiale & æquinoctiale sub notabili aëris & auræ mutatione
 contingant ejusmodi affectus quod confirmat observatio historica
 in Dissertatione quadam his verbis allegata: frequens prioribus
 annis & plurimis etiam sanis molesta talis fuit purpura cum post
 dies caniculares satis frigidè transactos subito tempestas fervidissima
 exoriretur; atque hinc causis moventibus annumeratur certa &
 peculiaris aëris insalubrioris constitutio, à qua miliarem excretio-
 nem annuè aliquoties rediisse observationes testantur, sic & vento-
 rum rigidius afflantium injuriæ aut occursum, quo fibræ cutaneæ
 spasticè adduci, vascula capillaria contrahi, glandulæ porique ex-
 cretorii arctari, transpiratio necessaria retardari aut cohiberi, hu-
 mores sulphureo-vel biloso-salini acres detineri, colligique solent
 usque dum interno Naturæ sive rationalis animæ vel quantitatem
 vel qualitatem humorum vitiosam sentientis, noxam imminentem
 aut futuram cognoscentis, hinc tono & motu in exterminationem
 plus minus aucto insurgentis renifu aut discussio fiat diapnoica, sive
 perspiratione liberâ; sive hydroticâ aut sudore, vel emotio aut
 excussio impeditior exanthematica vel efflorescentia maculosa, aut
 pustulosa, papulosa.

Sic & fr
 moribus
 albo, super
 quentior d
 cas sive m
 & generi
 præcipuum
 scilicet. Ser
 puerpera
 æstu, super
 tio miliaris
 timor anx
 malignis ep
 uberius pest
 les nauseosa
 abunde erit,

Quemadmodum
 & maligna
 ferentia diagno
 tan ratione fe
 accidentalium
 erysipelas ab in
 verò malum;
 thematicis aut
 natura de suæ
 partium corpor
 per est, atque
 circa confusos
 in temperata r
 vitiosè ferment
 rum expulsiō

CAPUT XXVI.

Sic & frequentem febris miliari præbet occasionem defectus excretionum sanguineo-ferosarum in junioribus hæmorrhagarum è naribus, emanatio ordinariorum in sexu muliebri, præsertim in fluore albo, sæpius in fluxu puerperali, quod tot historiæ tristes imò frequentior docet experientia; nec minimum inter causas procatarticas sive moventes locum habent pathemata animi notabiliora, unde & generi fæminino, uti sensibiliori, ita frequentior est, inter talia præcipuum-pathema est terror, timor anxiosus, apprehensio nauosea. Serviat plures inter Observaciones illa *LI. ex* ETHMÜLLERO de puerpera, quæ ex terrore nocturno gravi frigore & insequente æstu, superveniente erysipelate mammæ afflicta fuit, tandem excretio miliaris alba se ostendit, illaque sub bono sanata regimine; quid timor anxiosus efficere possit, testantur satis historiæ in febribus malignis epidemicè grassantibus, unde terror & timor grassantis uberius pestis mater non malè solent nominari, quales foetus febri-les nauosea apprehensio fortior queat generare, notum quoque abunde erit, nec probatio indiget Historiis.

CAPUT XXVII.

Quemadmodum nunc magna inter febrem miliarem benignam & malignam quoad circumstantias usque huc descriptas est differentia diagnostica, ita quoad eventum prognostica non levis, non tam ratione febris & ipsius malignitatis, quàm contingentiarum accidentalium; sicut enim teste HIPPOCR. *in aphor. XXV. sect. VI.* erysipelas ab interioribus ad exteriora verti bonum est, è contrario verò malum, ita & de singulis eruptionibus vel emotionibus exanthematicis aut efflorescentiis non iniquè potest judicari, quatenus natura de suæ vitalis æconomiæ incolumitate sollicita, viscerum & partium corporis interiorum teneriorum conservacioni intenta semper est, atque pro hoc fine in assiduo sec- & excretionum negotio circa consuetos humores naturales occupata, quò minus erit otiosa in tempestiva rerum aut materiarum præternaturalium fonticarum, vitiosè fermentescentium, putredinosè corruptentium, malignarum expulsiõne quantum possibili.

CAPUT XXVIII.

SI verò in opere hoc vitali vel ob materiae vitiosae incorrigibilitatem Natura nequeat eluctari, cum certum sit subinde adeo posse depravari humores, ut non facile ad crasin naturalem detur regressus, nec possint per naturae concoctionem HIPPOCR. sic dictam, aut correctionem ad temperiem facile reduci, vel si glandularum vasculorum aliarumque porosarum partium oscillationis sec- & excretoriae indispositio aut ineptitudo fuerit, vel si quod inimicum ac nocivum est, extra limites corporis ejusque partium periphericè emotum resorbeatur, regrediat, retropellatur, pessimi rem esse ominis, quis est, qui nesciat: unde motuum vitalium auctiorum, quam utilis est intentio à Naturae intentione ad metastasin vel excretionem perficiendam, tam periculosa est successus salutaris impeditio, frustratio saepius funesta; agnovit hoc prudentissimè FORESTUS *Lib. VII. Observ. LX. in Scholis*: quocumque enim modo motus Naturae impeditur, facile gravissima sequuntur symptomata, quod emphaticè repetit de papulis etiam à CELSO vocatis sudaminibus aliisque efflorescentiis, docens, etiamsi videantur benignae, si tamen neglectim habeantur & intro repercutiantur, facile in graves alterationes, praesertim siquid malignitatis subsit, in anxietates praecordiorum, syncopen imò mortem subitanam ansam dare posse. Eapropter quantò pustulae apparent citius, erumpunt liberius, manent durabilius cum alleviatione, siccescunt, successivè, subque vel post efflorescentiam mitigari, cessare incipiunt symptomata, eò melius & securius, si verò vel primis statim diebus apparuerint, vel post eruptionem pulsus maneat inaequalis, inordinatus febre permanente, minùs tutum, saepiusque malum est.

CAPUT XXIX.

EO magis autem periculosa est efflorescentia miliaris praesertim Alba, si vel gravior circa viscera interiora inflammatio subsit, sic ea vel à vel cum febre inflammatoria nascatur, uti v. g: uteri in puerperis, unde his toties funesta est, nisi aut per successum fluoris, aut suppletoria per transpirationem, madorem vel sudorem fiat discussio, aut aliorum viscerum v. g. pulmonum in peripneumonia secundum varias authorum, Dominique Praesidis observationes

nes practi
chis simu
petechiis
propem. pr
tumiditate
petechiarum
in disputati
sub expecte
purpura alb
alle; alter
hinc inde in
qualiter in o
ctis vifa fuil
purpura m
dens no. 36.
rie, omnia
rum per mar
cupati aut lev
terae vitiosae
purpura subse

R Ehat nunc
R viam mon
rum sicut exan
benigna bonita
pestive, ita in
sive criticè cum
tranquillitate se
in aliquam pat
runt, quod eff
non sicut in urit
testatur SYDEN
rum causa non
aripote sicut à
quadam affueo
cité magis arte

nes practicas vel si aliis exanthematibus malignis ut variolis, petechiis simul conjuncta sit, aut complicata, de cujus purpuræ cum petechiis unâ efflorescentis periculo testatur DOCTOR STAHLIUS *in proplem. pract.* de exanthematibus, vel si iis intro latentibus sub tumultuosa gangrænæ invalescentiâ velut expressa sit, de hujus loco petechiarum latentium, denique erumpentis maximo periculo legitur in disputatione quadam de miliari febre in duobus militibus, quibus sub expectatione petechiarum die duodecimâ copiosâ valde erupit purpura alba cum summo vitæ periculo, quod unus ægerrimè superâsse, alter verò immortuus, in ejusque corpore aperto intestina hinc inde inflammata binis etiam in locis livida, jam semi-corrupta, qualiter in multis aliis ex febre maligna castrensi epidemica defunctis visâ fuisse scribitur. Quamquam etiam salutariter posse evenire purpuram annotet cum diversis practicis PROFESSOR STAHLIUS *sic habens no. 36.* purpura alba post petechias si aliquatenus largè efflorescit, omnia tranquilliora consequi, nimirum inflammatione interiorum per maturam petechiarum exclusionem bonâ ex parte præoccupatâ aut leviori saltem factâ atque per metastasin salutarem materię vitiosæ intro foras versæ, ad cutim depositæ feliciter discussâ purpura subsequente.

CAPUT XXX.

REstat nunc genuina curationis methodus quam ipsa ab intrinseco viam monstrans manifestat natura, media quâ tutius itur, nimirum sicut exanthemata aut efflorescentiæ pustulosæ miliares in febre benigna bonitate naturæ, facilitate operis secretorio-excretorii tempestivè, ita in maligna sub motu auctiori continuo, plus durante sive criticè cum succedente euphorîâ notabili & vitalis Oeconomïæ tranquillitate sensibili, sive non omnino aut perfectè criticè, saltem in aliquam patientis alleviationem expelluntur, adeoque qui asserunt, quod efflorescentiæ bene tempestivè, opportunè erumpentes non sint in utilitatem corporis, hos contra experientiam autumare testantur SYDENHAMUS, MORTONIUS & alii, quoniam materialis earum causa non, aut vix alia convenientiori via quàm transpirationis utpote sicut à natura in statu sano jugiter fientis & ab eadem occulta quadam assuetudi nedeclinatæ, ita in morbofo plus intentæ & sollicitè magis attentatæ potest & debet exterminari.

CAPUT

CAPUT XXXI.

ETenim notum se ipso satis est ab experientia febres malignas con- & non contagiosas non solum in genere plerasque, sed & in specie vehementiores excretionibus vaporosis ventilari & metastasibus exanthematicis salutariter terminari, e contra ab imprudenti, improvida excretionum imprimis diaphoreticarum retardatione, magis à cohibitione aut suppressione oriri sicut purpuram posse, ita symptomatum ingravescentiam fieri, nisi tempestivè restituantur suppressæ excretiones, Natura arte & remediis adjuta vires recolligat, fec- & excretorios actus quantitati vel qualitati materiæ vitiosa malignitate nocivæ urgenti proportionatas intendat, vigilanter prosequatur, providè ad loca destinationi metastaticæ ac excretoriæ congrua emoveat, ut portio superflua, inutilis, fontica renifu Naturæ synergico, motu tonico, tempore certo, loco apto, successu necessario contra omnem corruptionis metum quò uberius & liberius, eò securius & salubrius, quò verò seriùs eò severius ejiciatur; Sic efflorescentia sensim dispareat, cuticula cum pruritu desquammetur, non verò citius justo siccescat, si namque cutis nimis sicca, arida appareat, minus tutum, si mollis & humida sit, melius esse solet.

CAPUT XXXII.

Non hinc frustra hortatur *Cous noster SENEX* in aphor. XXI. Sect. I. quæ ducere oportet quò maximè Natura vergit per loca conferentia, eò ducere convenit; quoniam verò sicut in febribus aliis exanthematicis, sic & in miliari utraq; consistit materia peccans vel in majori tenuitate sulphureâ, sive bilioso- salina lymphatica aut serosa plus minùs corrupta acri vel caustica crassiori aut mucidiori imbibita aut absorpta vehiculo, quod pruriginosus cutis ardor, urinæ, sudoris fætor acorem notabilem redolens præter alia signa manifestant, hinc vel ob partium excretoriarum plus porosam aptitudinem portio maligna cum sero fluidiori abrepta citius & superficialius versus epidermitem evehitur cum rubedine ardore & pruritu, uti in miliari rubra, vel ob angustiam tardius impulsâ aut velut expressâ intra cutim hæret glandulas plus distendens cum majori molestiâ, asperitate magis notabili granulosa uti in alba, quæ

quæ à tr
ideo sic
atro rari
attellanc

Cum in
eos corre
bile est illa
circa eadem
ruptam aut
partibus au
febrili scop
critico vel
gius LAZAR
Cap. III. in
ordinarios, q
peccantis con
eò expeditus
diætina, quod
salutares non
rioribus dicta
mediante intel
certis tempori
limites excuti

Adeoque cr
A recessu sive
gnitas gliscit v
mam, sive est
morder, ita co
causa occasio,
cacia, ubique t
di methodus ses
Quod
T

quæ à transparentia humoris lymphatici vel ferofi muciduli corrupti ideo sic nominatur, quæ proinde etsi alba dicatur talisque appareat, atro tamen præ rubrà notatur calculo, præcipuè in puerperis, ipsâ attestante experientiâ.

CAPUT XXXIII.

Cum interim Natura jugiter in statu sano non circa simplices solum humorum correctiones & secretiones occupetur, sed ut eos correctos, secretos motu naturali excernat, ita magis probabile est illam in statu præternaturali vi motûs intensioris occupari circa eadem negotia vitæ conservativa, materiam inutilem, corruptam aut corrumpentem, noxiam aut nocituram è visceribus, partibus aut latibulis interioribus excutiendo, idque modo duplici febrili scopo accomodato, nempe metastatico sive translatorio & eccentrico vel excretorio; cognovit hoc bene Medicus & Professor Regius LAZARUS RIVERIUS in libro *institutionum Medic. II. Sect. II. Cap. III. in Corollariis* sic scribens: *Habet enim natura suos motus ordinarios, quos aliquando immutat ac intendit pro varia materiæ peccantis conditione & dispositione ejusdem &c. quò verò citius, eò expeditius, sic docuerunt VETERES tot MEDICI in sua de crisius doctrina, quod excretiones, quas cum HIPPOCRATE duplices statuerunt salutares non nisi post prægressam humorum concoctionem (Recentioribus dictam sequestrationem vel secretionem puri ab impuro mediante intestino motu factam) contingant, ubi materia vitiosa certis temporibus extra nobiliores interiorum viscerum & vasorum limites excuti observatur.*

CAPUT XXXIV.

A Deoque cum subinde blandiatur febris miliaris plus habens in recessu sive sinu, quam videtur ostendere primo actu, ubi malignitas gliscit velut ignis sub cinere, donec in apertam erumpat flammam, sive est ut viperæ, quæ dum nimium blanditur, gravius mordet, ita consultum est, ut sive videatur mitior febris, ejusque causæ occasio, sive vehementius urgens, & miasmatis maligni efficaciam, ubique tamen tranquilla primum & cauta instituat medendi methodus secundum versum:

*Quod violenta nequit, peragit tranquilla potestas
Tutius, huic cedunt grandia sæpe mala,*

D

atten.

attendendo ad ipsam Naturam, quò modo fuerit an infueto, quò motus gradu ordinario an extraordinario, plus aut minus aucto intrinsecè operantem, considerando durationem activitatis, concursum temporis necessarii, molimina, tendentias, motitationes, respiciendo ad vias vel partes metastasibus aut excretionibus destinatas, praesertim ad eruptiones exanthematicas vel efflorescentias, quales specie aut formâ, quantas magnitudine, quò colore, quâ emphasi, quò successu libero an impedito prodeuntes, an cum vel sine euphoria, aut alleviatione, an permanentes, an vagas sive volaticas vel citò disparentes.

CAPUT XXXV.

Considerata harum circumstantiarum varietate non solum febris ejusque transmutabilitatis aut degenerationis, sed & efflorescentiae, symptomatum, imò morborum supervenientium ratio atque de his sollicitudo est necessaria; de transmutabilitate testem loco plurium adduco MORTONIUM suggerentem historiam de muliere, in qua febris post efflorescentiam peractam ad spatium integræ hebdomatis *συνέχου* tertianæ typum induit, tunc in malignam & lethalem fuit terminata: confirmat id in oper. medic. appendice scribens, quin etiam synochas non tempestivè aut ritè curatas in malignas & funestas à materiæ morbificæ incremento aut corruptela graviori novimus sæpe degenerasse; aliàs in primò insultu extirpasse purpuratas vel cum efflorescentiâ papulis vel vesiculis aqueis per collum & pectus sparsis ceu indicio malignitatis notatas.

CAPUT XXXVI.

Itaque sicut in benigna febre miliari negotium soli sæpe Naturæ relinquitur, salutari tamen consilio regiminis moderatè calidi, bonæque circa res alias non naturales administrationis, ita in graviori maligna auxilium fit in iisdem, corpus in moderato calore, lecti repore, partium quiete, animi tranquillitate servando dispositum in expeditiorem & citiorem susceptæ à Natura metastaseos ac excretionis successum, non impediendo motum naturæ intro foras placidè & successivè expressorium, sed ministrando vel juvando potius illum non satis succedentem, observando, pro posse, conveniens salutari emotioni tempus per phænomena sive signa proportionatam naturæ

naturæ mo
adhibendo
quævis ac
tur agas
tibus, in
tionem for
macis calic
spumescen
parte insip
perturbatio

Verum r
uti fun
mitioribus
moderatè a
re, variæ a
intentiones
simulque dia
vehiculo tem
eodem quoq
gumis, lym
ne, insula t
diora, bezoar
in paucis ab
extrinsecò par
spiriosiora,
citatum, maj
sipharmaca
ab authoribus
tionem motûs
tori inflammat
rest febris huj
gravis, quoc
nus sic scribens
medicandi proce
quam medicini d

naturæ monstrantis activitatem metastaticam & excretoriam, neque adhibendo refrigerantia in calore quovis patientibus de molestia querulis adhiberi frequenter solita, nisi nimius in sanguine metuatur orgasmus, neque utendo evacuantibus emeticis, aut purgantibus, imò laxantibus, sic neque stimulando aut urgendo excretionem fortioribus sudoriferis volatilibus, spirituosis, alexipharmacis calidioribus, utpote queis humores exagitari, sanguis in spumescentiam ætuosam adigi, vel dissipata aut absumpta fluidiori parte inspissari possit, cum tumultuariâ motuum, cursusque morbi perturbatione.

CAPUT XXXVII.

VERùm remedia sint temperata in febre miliari rubra diluentia, uti sunt decocta ex herbis, rasuris, radicibus medicamentosis mitioribus, fructibus subdulcibus vel blandè acidulis, corticibus moderatè aromaticis, tincturæ quorundam florum sine acido paratæ, variæ aquæ destillatæ diapnoicæ, mixturæ spasticas fibrarum intensiones lenientes, diversa absorbentia, acrimoniam corrigentia simulque diaphoretica modicis nitrosis remixta in formâ ærum cum vehiculo temperatè antiscorbutico assumenda; in miliari alba sicut eadem quoque valent remedia, ita & alia simul fluxilitatem sanguinis, lymphæ & feri conservantia ac promoventia, abstergentia, infusa theeformia, resolventia, discutientia, sudorifica blandiora, bezoartica temperata, non tamen superflua, quia natura uti paucis ab intrinseco mediis sensu, motu & tono utitur, ita ab extrinseco paucis contenta est remediis: improbantur ergo calidiora, spirituosiora, ne per æstum aut orgasmum officiosè sed vitiosè concitatum, major inducatur turbatio, sic & cum refrigerantibus alexipharmaca astringentia in febribus malignis etiam exanthematicis ab authoribus quibusdam adhiberi solita evitentur, ne per suppressionem motûs intestini secretorii, progressivi metastatici vel excretorii inflammationi (quæ aut mater aut filia subinde est, & esse potest febris hujus miliaris) ansa præbeatur, aliisque symptomatibus gravibus, quod prudenter admodum monet D. DOCTOR SYDENHAMUS sic scribens: nam sæpe accidit ut facies morbi mutetur pro vario medicandi processu, ita ut nonnulla symptomata non tam morbo quàm medenti debeantur.

CAPUT XXXVIII.

MAnet ergo methodus in his de curatione febris miliaris usque huc allegatis in genere (cùm per remedia in specie assignanda Practicis indubiè per experientiam satis nota, eorùmque formulas facitè à sapientibus) quibus secundùm proverbium pauca (concinna-biles nolimus empyrismo, absque hoc magis & magis indies invalescenti, majorem dare occasionem) succincta, firma, rationali experimentalis tutior, quia directa plurimùm ad Naturam vi, robore & emphasi intrinsecà quantum possibili operantem, è centro & sede nobiliori ad emunctoria peripherica quòd superfluum & noxium, transferentem, & diapnoè vaporosà, halituosà aut sensibiliiori madore vel sudore emittentem, vel sub apparentia exanthematica sive efflorescentia excutientem, & hæc sint auxilia de fonte Pharmaceutico; ex Chirurgico autem sicut solent esse venæsectio, vesicatoriorum applicatio, ita priorem ad efflorescentiam miljarem nec fructuosam esse, nec necessariam arbitramur; posteriorem licet varii Authores suadeant multum subinde opis ab ea exspectantes, attamen nec ratione febris, nec pustularum miliarium efflorescentiæ in eam utilem confidimus, inò sunt Authores, qui semitorturam audent nominare.

CAPUT XXXIX.

PRæter curam medicam recommendatur etiam quàm maximè diætetica, ne vel à pathetica animi alteratione e. g. iracundia gravi, inopino terrore secundùm historiam in CAPITE VIGESIMO TERTIO allatam vel à metu morbi, timore periculi, quibus multum frequentes tribuerunt observationes, aut dato incautè coram ægrotante prognostico ambiguo aut fatali, vel ab impatientia molestiarum, inquieta corporis agitatione aut jectigationibus, vel iteratis è strato elevationibus aut egressu, vel à linteaminum recenter lotorum humidè complicatorum mutationibus, vel ab aëris ambientis aut occurrentis frigore, vel potu frigidò secundùm ETHMÜLLERUM in collegio consultatorio purpura quælibet, in specie alba, sub infrigidatione horrida vel vagis horripilationibus retrocedat, quæ disparentia subita ferme semper exitium importat, eo magis si cum maculis purpureis vel lividis denuo prodiens sit comitata, quatenus his occasionibus

tionibus
vel exteri
fistulamin
cum quoc
stru mat
morbis Na
ideo alime
canda non
gmento m
qualitate
materie m
occupata est
Hippocratis
bus in suo
item ex ap
tenus vitiu
bis & ipso
du est, ade
vilius peregrin
habeat parabol
plicare,

Quid nunc
rioriori N
artis minister
maligna intra
tenuiorum,
gens vel repu
tioni aut à qu
nosse & ultra p
mant observati
riarum Magistr
fatio si sic ferent
inflammatione a
monum struem
cerebri congesti

tionibus Natura in salutari materiae exanthematicae vel secretionem, vel exterminationis opere turbatur, dum transpiratio inhibetur, sufflaminatur; prudenter hic quoque ad methodum feliciter practicam quoad dietam alimentarem docet praeaudatus RIVERIUS in *Institut. medic. lib. V. part. 1. sect. IV. pag. 477.* sic habens: In acutis morbis Natura expurgationi causae morbificae maximè occupata est, ideo alimentis, quam minimum etiam fieri potest, ab opere suo avocanda non est, ideo victus tenuis convenit; Pergit ulterius in augmento morbi & praesertim circa vel in statu victus in quanti- & qualitate accuratius limitandus est, quia tunc temporis natura in materiae morbificae concoctione & subsequa exterminatione magis occupata est; haec dogmata desumpsisse videtur RIVERIUS ex libello Hippocratis ejusque aphorismo VIII. qui talis est: *Quando morbus in suo vigore constiterit, tunc victu tenuissimo utendum est, item ex aphor. X. quibus igitur statim morbus consistit, his statim tenuis victus exhibendus, quibus vero postevius debet consistere, his & ipso consistendi tempore & parum ante illud cibus subtrahendus &c.* adeoque sicut qui à sarcina omnique onere liber est, faciliùs peregrinatur, qui levis est, faciliùs luctatur, ita paritatem lubeat parabolicè ad naturam, nec otium nec luxum aestimantem, applicare.

CAPUT XL.

Quid nunc proinde mirum est, quod frequenter sive sub laboriosiori Naturae negotio, sive sub successu dubio, sive irritato artis ministerio eventu funesto morbus finiatur, si materia noxia, maligna intra interiores viscerum in compage molliorum, in sensu teneriorum, vasculis intricatiorum strues immanens, aut introvergens vel repulsa (secundùm Medicos Veteres rapi dicta) inflammationi aut à qualitate fermentativo-putredinosâ corruptioni gangraenosaë & ultra proximam det occasionem, uti docent historiae, affirmant observationes, & experientia tristes temporum & contingentiarum Magistra, quoniam miliari febre & efflorescentia laborantes, fato si sic ferente, infelices sive ex compressoria faucium & laryngis inflammatione anginote, sive intra membranoso-vesiculosam pulmonum struem peripnevmonica, sive versus caput & meninges cerebri congestoria phrenetica, sive circa inferiora ventris viscera

sæpius intestinalia gangrænosa ac sphacelosa , sive ex ultimo & superlativo Naturæ reluctantis quantum possibili , inani tamen renisu spastico , epileptico , convulsorio periclitantur , dum sub litigiosâ velut aut intempestivâ corporalis domicilii concussiones , vitali amicitiaë , concordiaë aut tranquillitatis vinculo tandem dissoluto Anima emigrat , ubi tunc uti motuum ita vitæ est

F I N I S .



POST-

M^{Ea}
na

Hinc
veterinari
ferenda.

Honor
necessitate
sunt neces
rum teste

Medic
no generi a

Qua su
vations aut
& reparatio

Natura



POSITIONES PHYSIOLOGICO- THEORETICÆ.

I.

Medicina sicut inter scientias Nobiliores merito est numeranda, ita inter alias non minima.

II.

Hinc neque cum Empyrismo confundenda, minus ad veterinariam artem (si alias artis nomen mereatur) referenda.

III.

Honor, quem tribuit Syracides Medico, non sit propter necessitatem, sed cum commate, quia propter eam opera sunt necessaria in strato-infirmis, super lectulum dolorum teste Jobo non emanentium.

IV.

Medicina sicut à Deo creata, ita in auxilium humano generi destinata est, & absolute necessaria.

V.

Quæ sicut ab extrinseco veniens in utilitatem conservationis aut reparationis sanitatis servit, ita conservatio & reparatio illius fit per Naturam inditam ab intrinseco.

VI.

Naturalium rerum cognitionem cum habere debeat
verus

verus medicus dogmaticus, ideò medicina necessario debet esse connexa cum physica.

VII.

Cognovit id jam olim primus Medicorum Parens senex Hippocrates, qui scripsit conare ut physicus evadas.

VIII.

Ideoque qui non est Physicus vix erit bonus Medicus, nec securus practicus.

IX.

Natura est principium vel potentia intrinseca, ab altissimo Creatore vi verbi FLAT efficacissimi indita aut concessa rebus singulis.

X.

Solet nominari ministra aut famula conditoris, reservato universim Deo omnipotenti imperio.

XI.

Naturam cum RIVERIO Professore Regio distingui- mus in Universalem & particularem sive specialem.

XII.

De universali tradit, quod sit causa generationum & alterationum aut mutationum in rebus, unde axioma, sic est de natura rerum.

XIII.

Pro Natura hac universali non aque necesse est admit- tere neque sulphur subtile aut Mercurium ut mobilem Her- metis aut Paracelsi, neque Carthesii materiam subtilissi- mam aut atherem ut motorem, neque Helmontii archæum sive spiritum mundi ut rectorem.

XIV.

Natura specialior est humana, que sicut Nobilissima, ita anima, radix vite, Principium motus, Entelechia aut actus primus corporis vitam habentis.

XV.

H
sentit
it
defenat
Q
naturi
Lau
animo sa
Sen
tem effi
sim sub
Sensu
distingua
phantasia
tiam, &
ni, fugam
& ceteros
ternum.
Sensu
ha, ratione
homo auter
praditus est
Ad sensu
requiritur pe
atque ho

XV.

Hujus supernè infusa vi & directione homo uti cogitat, sentit, judicat, ratiocinatur, reminiscitur, eligit, appetit &c, ita movetur, vivit, vegetatur, nutritur, augetur, defenditur contra corruptionem.

XVI.

Quidquid igitur vitalitatis & utilitatis confert anima naturisans corpori, id præstat sensu & motu.

XVII.

Laudari hinc meretur dogma hoc, animâ vivimus, animo sapimus, anima est vita, animus consilii.

XVIII.

Sensu res percipit, dijudicat, agnoscit, motu vitalitatem efficit, continuat, unde sensus non sine motu & vicissim subsistere potest,

XIX.

*Sensus licet statuatur duplex in- & externus, prior distinguatur in sensum communem, apprehensionem aut phantasiam, rationem, judicium, memoriam, reminiscen-
tiam, & subsequam voluntatem, post hanc electionem bo-
ni, fugam mali, externus verò in sensum visus, auditus,
& ceteros, dicere tamen possumus omnem sensum esse in-
ternum.*

XX.

*Sensum communem, phantasiam habent etiam anima-
lia, ratione autem carent, unde irrationalia solent vocari,
homo autem solus ratione pluribusque potentiis nobilioribus
præditus est, cujus pedibus subjecit omnia Deus Optimus.*

XXI.

*Ad sensum præter receptionem impressionum ab objectis
requiritur perceptio, hanc sequitur judicium,
atque hoc cunctarum prudens cognitio rerum.*

XXII.

Sicut nunc sensatio est vel consueta vel insueta, ita perceptio mitis vel molesta.

XXIII.

Quàm verò utilis corpori viventi est sensus, tam necessarius est motus.

XXIV.

Hoc sicut vita inchoatur, ita continuatur, conservatur.

XXV.

Vitam sicut anima infusa confert, motum imprimit, ita influens dirigit, modificat.

XXVI.

Per motum fiunt actiones, ergo sicut est causa efficiens motus, ita & actionum ab eo dependentium.

XXVII.

Mediatâ tamen convenienti proportionatâ corporis, ejusque partium & solidarum: structurâ & fluidarum temperaturâ.

XXVIII.

Simplex adeoque ruit Mechanismus, subsistit Organismus.

XXIX.

Motus ordinarius est moderatus, extraordinarius uti intensior, sic auctior plus minus, non tamen morbosus.

XXX.

Meliùs ergo est in vitali corpore motus augeri, quàm imminui, deficere pejus imò pessimum.

POSITIONES PATHOLOGICO-PRACTICÆ.

I.

EX præsuppositis : Febris non est actus corpori inimicus vel perniciosus.

II.

Sic non bene in numerum morborum ab authoribus præcipuè veteribus fuit relata.

III.

Ipsa febris maligna etiam pestilentialis non est nisi motus plus minus auctus cum complicatione symptomatum vel gradu molestiorum vel planè extraordinariorum, queis natura utitur ad exterminandas per emunctoria inspiratas vel ingeneratas corpori particulas *μασπύδες*, corruptas ac corrumpentes, nunc formæ exanthematum, nunc bubonum, apostematum, nunc aliarum eruptionum opere.

IV.

Eapropter in febrium curatione attendendum est, sicut ad naturam ita ad motuum, gradus, quales, ad constantiam quæ & quanta talis, an sit vel non, ad durationem quousque, plus an minus.

V.

Præsertim respiciendo secundum antiquissimam Hippocratis doctrinam aphoristicam, quò natura vergat, quo modo, an liberè, an impeditè, an bene an malè, an ducere vel juvare vel promovere conveniat, vel an negotium illi soli relinquere præstet.

VI.

Unde & consideranda sunt viæ vel partes, per quas excludenda sit materia peccans.

VII.

Namque pro diversitate vitiosorum humorum eliminandorum uti necessaria est proportio tubulorum vel pororum excretoriorum, ita etiam ad has vel illas partes specialis destinatio tonica vel pressio plus directa à natura sollicita, nunquam otiosa.

VIII.

Ideo ad curam febris & efflorescentiæ miliaris sicut exacta cognitio & distinctio, ita quoque medendi methodus desideratur.

IX.

Bene hinc in efflorescentia miliari pro curatione multi Practici venæ sectionem non suadent, quibus assensum præbemus.

X.

Neque vomitionem, neque purgationem.

XI.

Imò ipsa hydrosis sive sudatio per calidiora volatilia, spirituosissima sollicitata improbatur.

XII.

Optima methodus Naturæ amica est tranquilla.

XIII.

Medicamenta fluida præ siccis in miliari albâ plus observantur proficua.

XIV.

Quodsi efflorescentia accidat cum suppressione puerperalis repurgationis, an ad efflorescentiam, an ad suppressionem magis dirigenda sit cura, esto problema.

XV.

Pro febrium continuarum, ardentium causâ qui vel spirituum accensionem, vel insanum aut impetuosum eorum inor-

inordinatè ex
nis sulphurea
ignem, vel
bus statuant
fimenta dic

Melius
intrinseco cog
dus auctior.

Quod t
extra vasa

In Febr
causa melius
tert. e humo
vel spontane
rum, tubulo

An dent
dubitare fas

Plant. e
videntur plus
alio in reme

An bene
curationibus,
minime.

inordinate excurrentium tumultum, vel substantiæ sanguinis sulphureæ in corde aut visceribus astum pyroticum sive igneum, vel ardentis diffusos per vasa radios cum veteribus statuunt, quid queso? præter vanas conjecturas aut figmenta dicunt.

XVI.

Meliùs ergo agnoscitur motus à Natura ceu principio intrinseco cognoscente statum corporis vigili secundum gradus auctior.

XVII.

Quod tamen Veteres de putrescentia humorum in-vel extra vasa memorant, admitti potest.

XVIII.

In Febris periodorum, intermissionum, remissionum causa meliùs adscribi potest Natura sollicitudini, quàm vel certæ humorum vitiosorum recollectioni quasi mensurate, vel spontaneo eorum orgasmo, vel mechanicæ glandularum, tubulorum, pororum facultati motrici.

XIX.

An dentur morbi à genesi & genere suo planè novi dubitare fas est.

XX.

Plantæ & animalium partes cum humano corpore uti videntur plus convenire quàm mineralia, ita priora præ aliis in remedium aptius servire, testatur experientia.

DENIQUE

An bene fiat utileque sit libros medicos, præsertim procurationibus, idiomate germanico evulgari, dicimus quòd minime.

PROLOQUIUM
 D. DOCTORIS & PROFESSORIS
 PRÆSIDIS
 in honorem & memoriam D. Defenden-
 tis, & in exactiorem Febris dilucidationem
 appositum.

INcendium in Oeconomia humana exortum ostendi hoc in Au-
 ditorio, hac in Cathedra, quando de Febre inflammatoria anno
 millesimo septingentesimo decimo quarto, die nonâ Augusti,
 Theses Medicæ Inaugurales publico expositæ scrutinio me Præ-
 sidente defendebantur; Thema tunc meum Incendii nomen eò plus me-
 ruisse existimavi, quò intensiori æstus sensu, majori caloris molestiâ,
 quò graviori dolorum acerbitate in corpus universum præsertim in-
 tima illius viscera quoad structuram teneriora, officio nobiliora, lar-
 giori vasorum sanguiferorum ramificatione intricata metuendo cer-
 tē insultu, periculoso sæpiùs eventu febrem inflammatoriam grassari
 frequentes contestantur Historiæ & observationes AUTHORUM: con-
 sideremus ipsum solius febris nomen, aperiamus libros MEDICORUM
 VETERUM, & quidem primò senis nostræ Medicinæ Parentis HIPPO-
 CRATIS, ille nominavit febrem νόσον πυρετὸν, morbum à πῦρ verbo
 græco igneum; inspiciamus GALENUM, & ubique dum de materia
 februm tractavit, accensionem assignavit; legamus AVICENNAM, RHA-
 SEN & alios priorum sæculorum AUTHORES Arabes & Græcos, atque
 febrilem non nisi calorem igneum edocuerunt; PARACELSISTÆ per fe-
 brem intelligunt morbum accensi nitri-sulphuris, sive ardorem sul-
 phuris ab intrinseco natum: consulamus varios in cursu sequentium
 temporum AUTHORES, & reperiemus mirabiles quoque opiniones,
 sive de calido innato exæstuante, sive de vitali cordis flammula alio-
 quin quæta quasi in lampade conclusa in ardentem tumultuariâ agita-
 tione erumpente radios per partes corporis singulas dispersos, sive
 de

de incendiari
 quòd sit calor
 nus æstus a
 guine per arte
 FEBRIS febres
 arbitrantur:

Cum
 Prof

Reliquas sent
 Medicinam in
 est mentio, mol
 quidditate sunt
 fructuose, ita
 dixi ego metap
 in se, & quoad
 opus, hic labor
 du velut fructu
 Medica antec
 aperuerunt, nu
 coricem, ostent
 quæ Medicus, &
 sub accuratiore p
 contemplatione
 hic sicut ex ipso
 scit, quòd febr
 trinitatem, in
 causas variè m
 stile, quid me
 tra omne quæ
 necessarium:
 eorum sectione
 sic habet: Dic
 libet ejus causa
 Naturæ conam
 rem omni ope
 damus hic, qu
 Pyrologia Cat

de incendiariis spirituum excursionibus, unde febrem definiunt, quod sit calor contra naturam in corde accensus, vel intemperies totius æstuosa à calore intus accenso, & mediantibus spiritibus ac sanguine per arterias & venas undique diffuso, atque hinc cum ARGENTERIO febrem pro morbo cordis, in quo principalem haberet sedem, arbitrantur: audiamus denique VIRGILIUM accipientem.

*Cum furit, atque artus depascit febris advens,
Profuit accensos avertere protinus æstus,*

Reliquas sententias ulterius excogitatas, vel noviter inventas, & in Medicinam inductas, de quibus *in ipsis Theſibus Capite 1mo* facta jam est mentio, nolo repetere; sicut nunc tam diversæ de unica febris quidditate sunt opiniones & sententiæ, eæque curiosæ magis, quam fructuosæ, ita de eadem ut exorto in Oeconomia humana Incendio dixi ego metaphoricè. Quid autem verè & propriè magis sit febris in se, & quoad omnes, quæ passim observantur, circumstantias, hoc opus, hic labor fuit: Doctrina de febribus mihi, fateor, videbatur diu velut fructus sed minus cognitus, quem potissimi nostrorum in Medicina antecessorum in superficie solum consideraverunt, non aperuerunt, nucleum non quæsiverunt, fregit substantiam, rupit corticem, ostendit nucleum, quantum constat, famosus in Anglia Medicus, & Londinensis Practicus THOMAS SYDENHAMUS, qui sub accuratori phœnomenorum sive apparentium contingentiarum contemplatione abstrusa Naturæ penetralia intimius scrutatus fuit, hic sicut ex ipsis Naturæ principiis judicat, ita ex effectibus agnoscit, quod febris sit conamen Naturæ: verum quale conamen? intrinsecum, in quem finem? in ægri salutem, contra quid? contra causas variè morbificas; quodsi ita sit, ergo febris non erit quid hostile, quid morbosum, sed medium vel instrumentum Naturæ contra omne quidquid molestum vel infestum est corpori amolendum necessarium: sapienter admodum *in observationum & curationum medicarum sectione 1ma Capite 1mo* circa morborum acutorum Historias sic habet: Dictat ratio morbum (communiter sic dictum) quantumlibet ejus causæ humano corpori adversentur, nihil esse aliud, quam Naturæ conamen materiæ morbificæ exterminationem in ægri salutem omni ope molientis: sed cujus ope? nimirum motus, perpendamus hic, quod CAROLUS MUSITANUS Professor Neapolitanus *in Pyrotologia Cap. V. de febribus ita tradit*: Sanitas inculpata consistit in motu

motu libero (ideòque temperato, ordinario) quo organa corporis
 exercentur ad fines à Natura destinatos, quia ipsùm vivere moveri
 est, quod & subtiles PHILOSOPHI & MEDICI dogmatico - practici affir-
 mant omnes; ex his nunc ego infero: ergo sanitatis fatiscantis instau-
 ratio, causarum morbificarum amotio vicissim dependere debet à
 motu adversùs causas auctiori sic extraordinario, quo organa vel par-
 tes corporis exercentur tono & gradu proportionatè ad finem con-
 servationis & instaurationis per opus sec - & excretorium humorum
 vel superfluum vel inutilium, nocentium vel nociturorum à Na-
 tura provida destinatorum: Eapropter meliùs & propriè statuitur
 essentia febris in motu ultra gradum naturalem sive consuetum in-
 tenso vel notabiliter plùs minùs aucto, de hoc doctissimè judicat
 Professor Expertissimus HOFFMANNUS *de febre ita scribens*: Initium
 meritò facimus à celeriter aucta reciproca systole & diastole cordis
 & arteriarum; ac universi generis vasculosi fibrosique, quæ pulsu
 duro & celeri, velociori quoque sanguinis tam progressivo quàm
 intestino motu stipatur, in quo formalis febris ratio continetur; at-
 que sicut motu aucto, ita utique extraordinario, non tamen ideò morbo-
 so minùs pernicioso, uti ex priscis Medicis multi existimârunt, nul-
 lum ex alio affectu quàm febre mori, ego argumentum vertere au-
 deo, & proponere, nullum ex alio affectu quàm febris defectu mori,
 neque ex alio auxilio quàm Naturæ uti sanitatis conservatricis sic
 morborum curatricis ope motùs (quia plerumque auctioris) febrilis
 succedentis convalescere, quo nempe motu Natura utitur, ut partes
 impuras à puris divellat intestino, divulsas secretionis opere dispositas
 circulari vel progressivo versùs vel extra limites corporis emoveat,
 excutiat: investigemus quæso etymologiam nominis Febris, & quid
 aptius? quid probabilius est? quàm deducere Febrem à verbo etiam
 jam antiquo februlare, id est purgare, igitur etiam in finem ut sanguis
 & reliqui humores imò & corpus ipsùm quoad partes tubulosas,
 porosas, viscerales &c. si mentis intentio, negotium Naturæ bene
 procedat, februetur, depuretur; placuit hinc adducere, quod apud
 CAMPANELLAM *libro 1mo Cap. 13tio legitur*, quòd spirituum (ego dua-
 bus literis brevius dico) spiritùs fervor, qualis armatorum ad bel-
 lum contra inimicum, talis sit ejus ut Naturæ in humoris vitiosi,
 materiæ hostilis subactionem, hocque arcanum de Febre latuit diu
 Medicos putantes, luctam esse damnosam, quæ tamen judicanda sit
 utilis.

utilis. Et hæc dicta sint de Febre in genere, quid de speciebus statuendum, lubeat ulterius paucis inaudire; quemadmodum nunc humores in corpore (ceu causæ morborum potissimæ) possunt vitiari vel quoad quantitatem vel qualitatem, sicque Natura vel onere obrui, vel discrasi aut corruptelâ circa viscera & partes præsertim teneriores, subtiliores sollicitari, quid mirum? si in motibus consuetis, actionibus ordinariis remoras vel impedimenta agnoscat, molestias sentiat, adeoque vel sollicita vel perturbata imò indignabunda contra quantitatem in scopum imminutionis, absorptionis, pro hac evacuationis vel discussionis, contra qualitatem verò vitiosam aut discrasin in scopum correctionis, secretionis, metastaseos five translationis superfluitatum vel impuritatum, omnisque quidquid sanitati contrarium, corpori noxium est vi suâ intrinsecâ, potentia influxiva quasi insurgat, nervos in tremulam motitationem concitet, tonum fibrarum motricium intendat, motum plûs minúsve augeat, acceleret, sub quo rerum statu inter alteratas, id est, aliter quàm ordinariè fientes actiones quædam in Oeconomia corporis mutatio plûs minûs notabilis observatur, talis mutationis testes sunt frequentius præviè partium fibrosarum, membranosarum restrictiones, concussoria corporis, sanguinis introrsum compulsionis, unde frigoris, horroris vel rigoris sensus, Febri à potiori præludium, humorum congestiones, quibus quidquid Natura sibi molestum, corpori noxium sentit ubique excutere, abstergere, deinde subsequo intensiori vel auctiori motu sanguinis in- & expulsivo, vasorum distensivo, ad tunicatam eorum substantiam attritorio, unde caloris sensus, humores resolvere, materiam inutilem sequestrare, fonticam metastasi five translatione emovere, per loca convenientia excretionibus destinata expellere, exterminare annititur, nisi impediatur; unde pro intrinseca constitutionis sensatione, materiæ vitiosæ quantæ aut quâ alis cognitione nunc intervallatim uti in intermittentibus, nunc assiduè uti in continuis limitato variè motûs gradu intenso vel remisso, constanti vel periodico intestinam instituit luctam, quæ sicut fit nomine Febri, ita hæc ultra specificatur ex diversâ humorum ut sanguinis, bilis, feri & aliorum intemperie aut discrasi vel ex corruptela plûs minûs maligna, miasmode, de quibus singulis succincta in ipsis The-
sibus data est declaratio: prout ergo humores vitiosi variant indole, consistentiâ &c, prout plûs minúsve mobiles, attenuabiles, cor-

sup

F

rigi-

rigibiles sunt, & prout plùs vel minùs visceribus, partibus, tubulis, poris impacti, sic in excretionem apti vel non, ita intrinseca Naturæ resistantia aut conamen in gradu mortùs, numero horarum, spatio temporis differens, indèque morbi duratio brevior vel longior, aut diuturna solet observari. De Febre diu protracta scripsit JOSEPHUS libro *Antiquitatum Judaicarum*, quod ALEXANDER Rex Judæorum, posteaquam tribus annis febre affectus fuerit, belli negotiis occupatus neglectâ suâ curâ ex tabe fatis cesserit, de febre per septem annos WIERUS, de contumaciore per novem annos FERNELIUS, de diuturniori MASSARIAS & alii; tali affectui febrili diuturno sicut occasionem præbere potuit curæ neglectio, ita breviori vitæ fini ansam dare mala diætæ administratio, commissi in usu sex rerum non naturalium: ut aëris, cibi & potùs, quietis & mortùs, somni & vigiliæ, animique pathematum excessus, unam adduco ex centenis Historiam, quæ mihi in legendo fuit obvia, veterem de HÆPHESTIONE ex honoratoribus MAGNI ALEXANDRI Ducibus, qui scribente PLUTARCHO in ætate juniore, vegetiori temperantiæ se accommodare non valebat, an non volebat, febre correptus in absentia GLAUCHI Medici in caponem assatum appetitui nimium laxabat frænum, insuper egregium vini infrigidati potum superbibens pœnam excessùs brevi morte luit: seruiat hæc Historia documento illis, qui dicunt vel existimant, daß man auch mit rauhen oder sonst verbottenen Speisen, wo der Appetit oder Gelust sehr heftig ist, könne das Fieber abessen, sicut verò per inediam, secundùm HIPPOCRATEM per victum tenuem imò tenuissimum vincere faciliùs materiam morbificam Naturam posse monstrat Experientia, ita & per intrinsecum animi fervorem fieri posse docet Historia referente LIVIO de QUINTO Fabio MAX. diu febre quartanâ affecto, quòd nullo potuerit liberari remedio usque dum casualiter acri in prælio decertans virium uti robore, sic animi fervore & conamine cum hoste febrem superâisset: curiosior est & rarior curatio, cujus mentionem facit PARÆUS de Gallo Nobili, quòd ad ripam fluvii ambulaverit movendo corpus, experturus, an hoc corporis exercitio extrinseco concurrente motu Naturæ intrinseco febrem posset depellere, sed cùm ab amico quodam obvio per jocum inopinò in aquam modicùm detruderetur, terrefactus à febre fuit integrè liberatus; plures hujusmodi Historias nôllem & possem producere, sed ob angustum præfixi temporis spatium hæc vice superfedeo, atque

que de Febre cum efflorescentia miliari, in qua Inauguralis hujus Dissertationis cardo vertitur, & quæ in Thesisibus præsentibus attento fuit adumbrata penicillo, saltem pauca adhuc quædam edissero, imò quòd Febbris hæc cum efflorescentia observetur esse vel benigna vel maligna, essentialis vel accidentalis, symptomata gravitate causæ & progressu in deterius, vel critica bonitate Naturæ transitu in melius; allegari hîc meretur dogma, quòd Author Celebratissimus practicus annotandum offert, quòd nunquam securi sit ominis in gravidis, si de ardore & æstu in ventre inferiori constanti conquerantur, cùm signum præbeat his in partibus congestionis & infarctûs, qui sanguinem magis corrumpit, à quo NB. Natura post partum febrili motu (ergo ut medio necessario) se liberare intendit, non tamen semper efficit, atque talem in aliis etiam subjectis & circa alia viscera sensationis molestiam, hanc verò insequentibus similes contingentias qui potest, aut cujus incumbit officio, capere capiat & applicet; 2dò quòd certa sanguinis lymphæ & seri discrasia vel impuritas, per hanc forma efflorescentiæ ab aliis distinguat febribus exanthematicis: hinc 3tîò, quòd certam lymphæ & seri infectionem, vitium aut corruptelam satis acrem indicent pruriginosa cutis affectio, largior laticis urinosi secessus cum lixiviali odore, sudoris profusio cum fetore acido, diarrhææ aut dejectiones alvi serosæ tenues torminosæ vel tenesmodes sæpe uti accidentes, ita periculosæ existentes. Denique pro fine discursus mei physico-Medici, Theorico-practici restat quæstio curiosa: cur sexus muliebris in febrem miliaris proclivior esse, & cur frequentius in urbibus quam pagis, inter ditiores potius quam inopes, & rusticas soleat observari? Responsio ad primam in ipsis Thesisibus ex *Capite 16to & 26to* per rationes physicas & morales jam est manifesta, alteram liceat mihi desumere ex Celebratissimo Domino Professore HOFFMANNO, qui in *Sect. I. Cap. IX.* de largiori multoque saccharo infuccato Thee & Coffe potu facit mentionem scribens: Hinc ante plures annos nondum factò horum potuum usu rariores, sub moderno abusu frequentiores observantur purpuræ, atque sicut talibus in locis plus afficiunt & propagantur quàm alibi, ita magnam culpæ partem in potum hunc abusivum esse rejiciendam credibile quòd sit concludit, & rationibus probat prudentissimis. Interim ad te me converto Nobilis & Doctissime Domine Candidate ARNOLDE PETRE MILTZ, qui

hodiernam de Febre & efflorescentia miliari Dissertationem Inauguralem in te suscepisti ad exhibendam tuæ in Universitate Wirceburgensi celeberrimâ, in specie Facultate Medica acquisitæ probam scientiæ, cum verò spes totus meditabundus, non spero, quod Quæstio ultima à me proposita tangat Lienem, tæque anxium facere possit, quid, & an pro, an contra usum potûs Thee & Coffe hodierno tempore adèd communis præsertim sexui delicato accepti dicendum sit; sicut te per triennem studii medici cursum in Auditorio & Collegiis præsentem, in proponendis & assumendis objectionibus frequentem, in explicatione Authorum & dogmatum inaudiendâ sedulum, in coëmendis electioribus libris largum, in eorum novitate curiosum, in perlectionibus laboriosum, ita & in resolvendis magnâ prudentiâ argumentis scio animosum, habuisti Collegam quondam tuum in Defensione publica antecessorem, me quoque tunc Præsides, Dominum Licentiatum, nunc Doctorem promotum & Physicum Regiscurianum, nomine EDLEBER, in tuî incitamentum, jam Domine Candidate MILTZ nomine & scientiâ Nobilis in vestigium Baccalaureatûs Medici sive Licentiatûs unanimi Inclytæ Facultatis consensu es admissus, quem tibi, si priùs consuetum præstiteris juramentum, conferam eò liberius, quò meruisti uberius.

Per præstitam Fidei Professionem sacro confirmatam juramento satisfecisti laudabilissimo & æquissimo Sanctæ ECCLESIE ROMANO-CATHOLICÆ mandato, & desiderio Universitatis, atque ita suscipiendo primo honoris Academici Medici gradu te fecisti digniorem, hinc accipe in signum Epomidem, eaque unam lateris partem exorna, sed non sine onere multæ sollicitudinis, & assidui plûs ultra in proximi sanitatem studii, cujus te admonet Epomidis color ex rubro violaceus charitatis indicium & humilitatis: Quod igitur sempiterna SUPREMI NUMINIS MAJESTAS, intemerata Cælitum REGINA, Sancti Medicinæ Præsides, & universa Cœlestis Curia Universitati, Facultati Medicæ, proximo ægrotanti, tibi mihi que vertant auspiciatissimè, Ego JOANNES MARTINUS ANASTASIUS ORTH, Philosophiæ, Chirurgiæ, & Medicinæ Doctor, atque in hac Celeberrima Eoo-Francica Julio-Fridericiana Ducali Universitate Wirceburgensi Professor Publicus & Ordinarius autoritate DEI Omnipotentis, Sacræ Sedis Apostolicæ & Augustissimæ Majestatis Cæsareæ te hic præsentem, rigore Examinum tentatum, & cum omni satisfactione approbatum,

ARNOL-

ARNOLDUM PETRUM MILTZ, Medicinæ Baccalaureum dico, creo, facio, dans tibi potestatem Cathedram inferiorem ascendendi, legendi, proponendi, disputandi, aliósque actus huic gradui annexos exercendi, idque in Nomine Sacrosanctæ Triados DEI PATRIS, & FILII, & SPIRITUS SANCTI. Amen.

Nunc Domine LICENTIATE læti sis animi, námque splen ridere facit, ut cogit amare jecur, febrile incendium cum opinionibus & sententiis de eo antiquioribus extinctum te nec tangit, nec angit, naturam vel essentiam febris sicut ex ipsis Naturæ principiis deduxisti, ita qualia in contrarium possint esse argumenta, ab illis, quos humanissimè invitâsti, expecta publico in scrutinio sub Sancti

Martyris JOANNIS NEPOMUCENI Patrocinio.



GRATULATIO

AD

DOMINUM DEFENDENTEM.

CUR MILTZ non splenis? cur non ARNOLDE lienis
Eligis affectus? nomine comproprios.
Quid tibi cum morbo? quem non medicabile spargunt
Esse malum: quasi non fat Medici hunc capiant!
Sic spes non fallat, nec erit Labor irritus Artis,
Et tibi, quod rodas, Zoile! deficient.
Esto, quod & fallat spes; Excusatio præsto est;
Teste COO (*) fallax prognosis esse solet.
Ne tamen, hanc febrim tractando, fama PATRONO
Indigeat, chartæ frons veneranda cavet.
Maeste igitur! Tibi crescat honos de febre malignâ,
Sicque eris ex unâ magnus *Apollo* febre.

(*) Hippocr. L. 2. aphor. 19. Morborum
acutorum incertæ sunt prædictiones
vel ad salutem, vel ad mortem.

*Ita Domino Defendenti apposuit indefessæ
studii domestici testis in Eo*

LAURENTIUS ANTONIUS DERCUM,
Medic. Doctor & Professor.

AD EUNDEM.

Nescio, quæis verbis, Frater doctissime, nomen
 Condignè celebrem, condecoremque tuum.
Te licèt extollant fluidæ modulamina linguæ,
 Sunt tamen hæc meritis inferiora tuis;
Ergo filebo. Tuas operis præstantia laudes
 Continet, & clarum nomen ad astra feret.
Quas tibi progenuit medicas labor improbus artes,
 Fæcundo parient commoda mille sinu;
Tu namque efficies, ut per data pharmaca vitæ
 Ægrotis Lachesis stamina longa trahat;
Tu sævæ triadi Parcarum funebre ferrum
 Eripies vitæ scindere fila vetans;
Te præstabis eum, qui plenus numine PHOEBI
 Vincet Apollineâ quodlibet arte malum.
Quodlibet arte malum vincet, certâque medelâ
 Affecto spleni *Splen* feret ipse opem.
Sic tua (crede mihi) perhonorato vertice fama
 Eximio stabit conspicienda loco.

*Ita in affectûs sincerissimi tessavam accinit
Doctiss. Domino Defendenti*

JOANNES GEORGIUS GLEIS, Volcacensis,

AA. LL. & Phil. Mag. Med, Cand.

Oppugnans.

AD. E. 1. 1.

The first part of the book is devoted to a general
description of the country, its climate, soil, and
resources. It then proceeds to a detailed account
of the principal towns and cities, and the
commerce and manufactures of each. The
second part of the book is a history of the
country, from the earliest times to the present
day. It is divided into three periods, the
ancient, the middle, and the modern. The
ancient history is the most interesting, and
contains many particulars which are not
found elsewhere. The middle history is
less interesting, and the modern history
is the least interesting of the three.

JOHN W. GOSWELL, Printer,
No. 11, N. York St., New York.


© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	R	G	B	W	K	M	C	Y	B	M									



Centimetres



TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black